ꝑpoſitū. ſ. abſtinendi a nuptijs: qꝛ tēpus tunc nō erat virginitatis. ¶ De pueris baptizatis morientibus. Sciēdū ꝙ nō habent aureolam: ꝛ ſi arguatur ꝙ in baptiſmo oēs virtutes infundunt̄ que ſunt neceſſarie ad ſalutem: vnde nō virginitas q̄ nō eſt neceſſaria: qꝛ cōiugatus poteſt ſaluari. Vel etiā dicēdū ꝙ aureola debetur actui nō habitui vel priuationi. Puer autem nullū actū adhuc habet: quia carnis integritas in act⁹ ꝓuatōne ꝯſiſtit.

## De fructibus caſtitatis in patria.

Sciēdū ſm pe. vbi ſupra ꝙ fruct⁹ ꝓut diſtinguitur ab aureola eſt ꝑmiū qd̄ ſpālit̄ debetur homini: ex hoc ꝙ ex ſemine verbi dei ī ſpiritualitatē cōſurgit extollendi carnē ſuā. Trahit̄ hoc ex verbis chriſti in euāgelio loquētis de terra bona in quā ſemen iactū fructificat. xxx. aliud lx. aliud. c. math. 13. vnde aurea eſt gaudiū d̄ deo. Aureola eſt gaudiū de triūpho. Fructus vero eſt gaudium ꝛ delectatio de ſpūali exercitio: qꝛ delectatō ſpūalis debet̄ ſpecialiter illi qui abdicauit a ſe carnalem affectū. Si querit̄ cui virtuti fruct⁹ debeat̄: Rn̄deo ſm docto. ſicut aureola non debetur victorie cuilibet ſed excellenti ꝛ in materia excellenti: ſic ꝛ fructus ſuo mō. Qui enim importat delectatōem debitā ſpernenti delectatōes ideo debet̄ illi virtuti: non que ſpernit minores delectationes: vt guſtus: puta abſtinentie: ſed ei que ſpernit maiores delectatōes ſcilicet venereas ſicut cōtinentie ꝛ caſtitatis. ¶ De diuiſione autē fructuū ſciēdū ꝙ cū fructus debeat̄ cōtinentie ſm diuerſos modos cōtinēdi ſunt diuerſi fruct⁹ cōtinētie. Cōti ēti. n. cōtinētia ē neceſſaria ad ſalutem q̄ minor nō ſufficit: ſicut ē caſtitas cōiugalis debetur fructus. xxx. Cōtinenti vero abūdāti cōtinentia ſm determinatū tp̄s: ſicut eſt caſtitas vidualis que abſtinet a ſcdis nuptijs debet̄ fructus. lx. Continenti aūt ſimpliciter ꝛ naturalit̄ qd̄ ē ꝑ perfectionē virginalē debet̄ fructus cēteſim⁹ ꝛ ſicut ad aureolā nō ſufficit votū ſeu ꝓpoſitum ſine effectu ſic nec ad fructū: vn̄ ſiqs ī morte peniteat cū ꝓpoſito cōtinēdi aureā quidā habet: ſꝫ nō fructū: q vero corruptus peccato penitēs vixit ſanus cū ꝓpoſito cōtinēdi: niſi matrimonialiter habet fructū. xxx. ſed cū ꝓpoſito continendi ſimpliciter habet fructū. lx. nā cēteſimū habere n̄ pōt: ex quo ſemel corrupt⁹ mēte ꝛ corpore ſic̄ nec aureolā ꝛc.

¶ Incipit titulus. xxxij.
¶ Qr chriſtus eſt caput eccleſie ꝛ omnium hominum ſm diuerſos gradus. c. i.

## Tu domine ſuſceptor

meus es gloria mea ꝛ exaltans caput meū. ps. 3. Hec v̄ba pſalmiſte p̄nt ē ꝛ xp̄i hoīs ad deū: ꝛ eccl'ie militātis ac triūphātis ad ip̄m deū. Eſt. n. dn̄s de⁹ ſuſceptor eccleſie: qꝛ ſuſcepit naturā humanā: ſuſcipit̄ ipſam ad miſericordiam: ſuſcipit ad veniā. Eſt et gloria eccleſie: quia cauſa glorie eam conferens ꝛ id in quo vere id gloriatur: et in quo in futuro glorificatur. Eſt exaltans dominus caput eccleſie qd̄ ē xp̄s: ip̄m. n. ait ap̄ls ad ephe. dedit caput eccleſie: qꝛ vt dicit̄ phi. 2. deus exaltauit illum. ſ. xp̄m: ꝛ dedit illi nomē qd̄ eſt ſup omne nomē: vt in noīe ieſu oē genu flectat̄ celeſtiū terreſtriū ꝛ infernoꝝ. Et quia idē ap̄ls ait caput chriſti de⁹. i. hūanitatis xp̄i: iō ſm vtrāq; naturā xp̄s pōt dici caput eccleſie ſm vincen. in ſpeculo hiſtoriali. li. vij. nā ſm ꝙ deus ē caput oīm beatoꝝ: qꝛ ſpūalit̄ eos viuificat ſanctificat ꝛ regit vtens eis ad libitū ſuū: ſicut caput mēbris ſuis: ꝛ ſm hoc tota trinitas eſt vnū caput eccleſie vniuerſalis. ſ. angelorū ꝛ hoīm. porro ſm hūanā naturā dicit̄ methaphorice caput eccleſie ex hominib⁹ collecte ꝓpt̄ nature cōformitatē quā oꝫ caput ad mēbra habere ſeu corpus: ac ēt qꝛ oēs ſenſus ꝛ motus ſpirituales ꝓcedūt ī eccleſia ab eo: vt in corpe naturali a capite ꝓfluit motus ꝛ ſēſus ī mēbra ſm qd̄ etiā dicit̄ caput angeloꝝ. Sꝫ notandū cū dicit̄ a xp̄o hoīe vt a capite oēꝫ ſenſū ſpūalē ꝛ motū gratie in corpus eccleſie fluere vel ꝓcedere: hoc nō ē intelligēdū ꝑ modū auctoritatis ꝛ cāe efficiētis. Nā ſm dionyſiū a ſola deitate ꝓcedit gratia ī eccleſia: ſed iſte fluxus ꝛ ꝓceſſ⁹ ꝑ modū meriti: qꝛ nobis chriſtus meruit oīa chriſmata: ꝛ ꝑ moduꝫ fidei ſimilitudinis: qꝛ ꝑ fidē qua in eū credim⁹ ei aſſimulamur: tū etiā inq̄ꝫtū homo ꝓpter plenitudinem gratiaꝝ eſt expreſſiſſime ſimilis deo: ꝛ ꝑ̄mū in vnoquoq; genere ē cā ꝛ regula ꝛ exēplar oīm creaturarū: ante quidē incarnationē fuit xp̄s caput oīm ſanctoꝝ ſm humanitatē: nō quidē ſimpliciter exiſtētē: ſed creditā: vnde caput fuit abel tēpore abel ſm humanitatē: nō que tūc cēt ī actu ſed que erat in fide abel. Fides. n. eſt ſupra tp̄s: et humanitas que ſignatur in fide cōiter ſe extēdit ad oē tēpus abel itaq; ꝑ fidē q̄ credidit chriſtum fore chriſmatibus plenū ꝛ deo ſimillimū ei aſſimulari voluit ꝛ aſſimulatus ē: ideo ꝑ fidē iſtam aliqd in eū de ſimilitudine eius fluxit: ꝛ ſic d̄ alijs ſanctis veteris teſtamēti: hec vincē. vbi ſupra.

## Iſtud ergo caput eccleſie

deus mirabiliter exaltauit vt non ſolū fuerit: ꝛ ſit in eo omnis plenitudo ſapientie gratie ꝛ glorie inq̄ꝫtum homo: ſed omnis ſtatus eccleſie triumphantis ꝛ militantis aliquo modo reperiat̄ in eo: fuit enim ſimul ꝛ viator ꝛ comprehenſor. Unde merito inquit ambro. omnis anima accedat ad xp̄m: quia omnia nobis fact⁹ ē xp̄s: ſi celū deſideras: via ē: ſi tenebras horres lux ē: ſi ī infirmitate grauaris medic⁹ eſt: ſi febribus eſtuas fōs eſt: ſi mortem times vita eſt: ſi quietem pax eſt. Sed reſumendo omnes ſtatus ſupra deſcriptos eccleſie militantis inueniemus in eo ꝛ poſtea etiam eos qui ſunt in eccleſia triumphanti.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Primo enim iſe tanq̃ ſponſus ꝓcedens de
thalamo ſuo copulauit ſibi eccleſiã ñ habẽs ma
culã nec rugã: iſe per virginitatem flos campi ⁊
liliũ cõuallium ſcriptũ habet in femore ſuo: rex
regum ⁊ dñs dominantiũ: qui aſcẽdẽs officia ſu
is diſtribuit: quoſdã enim dedit apoſtolos alios
paſtores ⁊c. Ipſe dux celeſtis exercitus ⁊ terre-
ſtris qui pugnat ꝓ nobis ⁊ vicit leo de tribu iu-
da: magiſter veſter vnus eſt chriſtus ait iſe: quẽ
nobis doctorẽ iuſticie aduocatũ habemus apud
patrẽ ieſũ xp̃m. Inqt Jo. in canonica. Et q2 non
eſt opus valẽtibus medicus ſed male habẽtibuſ
miſit dñs ieſum nobis: vt mederetur contritos
corde: iudex cõſtitutus eſt a deo viuoꝝ ⁊ mortu
orum reddens vnicuiq3 ſecundũ opera ſua. Hic
eſt negociator ille celeſtĩ q venale portat regnũ
celoꝝ: cuius preciũ eſt q̃tũ habes: nihil vili⁹ cũ
emitur: nil carius cũ poſſidetur: hic eſt enim oĩm
artifex oẽm hñs ſcientiã ⁊ artem: qui ⁊ agricola
exit ſeminare ſemen ſuũ. Luc. 13. c. ⁊ plantauit vi
neaꝫ ſoreth hoſpitalarius eſt: ⁊ q venit ad eũ nõ
eijcit foras: ⁊ in pauperibus ſubuenit: hoſpes erã
⁊ collegiſtis me ⁊c. Patronus es primus eccle-
ſie cõſtruens eã: dotans ⁊ defendens: oĩm ordi-
num officia exercens: ſacerdos eſt in eternũ ſecũ
dum ordinẽ melchiſedech oĩa ſacramenta inſti
tuens. Predicauit preceptuꝫ domini diſcipulos
mittens p̃dicare ⁊ ſanare infirmos. Claues regni
celoꝝ petro pro cõfeſſoribus dedit: qui tñ prius
ſoluit cõpeditos: religiones iſe fundauit: medic⁹
⁊ pauper obediens vſq3 ad mortem cõtinentiſſi
mus fuit. Aſſiſtens aũt pontifex futuroꝝ bonoꝝ
ꝙ peramplius ⁊ pfectius p ꝓpriũ ſanguinẽ intro
iuit ſemel in ſancta eterna redẽptione inuẽta. Vi
ſitauit inſuper ⁊ fecit redẽptõnem plebis ſue. Le
gatum miſit ad gentes dñm ieſum: ſummus ſa-
cerdos eſt qui habet claues ⁊ nemo aperit: ape-
rit ⁊ nemo claudit: cuius vicarius eſt quilibet pa
pa: decedẽs oſtẽdit in latrone extremã penitenti
am poſſe ꝑficere: teſtamentũ cõdidit patri cõmẽ
dans ſpiritũ: diſcipulo matrẽ: veſtẽ militibus: no
bis ſanguinẽ ſuũ: in alieno ſepulchro propt̃ pau-
pertatẽ ſepultus: quo ad cõprehẽſores inter ãge
los magni cõſilij angelus dicit̃: ⁊ angelus teſta-
menti iſe vt ꝓpheta magnus ſurrexit in nobis:
miſſus. i. apoſtolus fuit: q2 miſit deus filiũ ſuum
Venite ⁊ videte filie hieruſalẽ martyrẽ. ſ. xp̃m cũ
corona qua coronauit eũ. Ego ait iſe ſemper do
cui in templo vbi oẽs cõueniũt: vt publicus do-
ctor. Ecce quomõ dñs ſuſceptor noſtre nature cã
glorie ⁊ exaltauit chriſtũ caput eccleſie: ſed certe
non decet ſub capite ſpinoſo ſcilicet chriſto mẽ-
brum fieri delicatũ inquit Ambroſius. Vnõ ait
auguſtin⁹. Recuſat eſſe in chriſti corpore. i. eccle
ſia qui aduerſa non vult pati cum capite: at ocu-
li ſapientis in capite eius ſcilicet xp̃s ad contem-
plandum conuerſationem eius afflictionib⁹ ple
nam: ⁊ ideo conatur eum imitari: vt cum eo capi
te poſſit gloria ⁊ honore coronari.

Quomodo autem chri
ſtus ſit caput eccleſie ⁊ qua ratione plenius decla
rat beat⁹ tho. ¶ Nota ergo ſm tho. i. 3. pte. q. 8. ar.
i. ꝙ ſicut tota eccleſia dicitur vnum corpus my
ſticum per ſimilitudinem ad naturale corpus ho
minis qđ ſecunduꝫ diuerſa membra habet diuer
ſos actus: vt apoſtolus docet Ro. 12. ⁊ i. cor. 12.
ita chriſtus dicitur caput eccleſie ſecundum ſimi
litudinem humani capitis: in quo tria poſſumus
conſiderare: ſcilicet ordinem perfectionem ⁊ vir
tutẽ. Ordineꝫ quidem q2 caput eſt prima ps ho
minis incipiendo a ſuperiori. Et inde eſt ꝙ prin
cipium conſueuit vocari caput. ſm illud Jere. 3.
Ad omne caput vie poſuiſti lupanar tibi: perfec-
tionem autem in capite videmus: q2 in eo vigẽt
oẽs ſenſus interiores: cũ in ceteris mẽbris ſit ſo-
lus tactus. Et inde ẽ ꝙ dicit̃ Iſa. 9. Senex hono
rabilis iſe eſt caput: v̄tutẽ vero q2 v̄tus ⁊ motuſ
ceteroꝝ mẽbroꝝ ⁊ gubernatio coꝝ in ſuis actib⁹
eſt a capite ꝓpter viꝫ ſenſitiuã ⁊ motiuã ⁊ ibi do
minãtem: vñ ⁊ rector dicit̃ caput populi ſm illõ
primo Ro. 15. Cũ eẽs paruul⁹ ĩ oculis tuis caput
in tribubuſ iſrl̃ factus es. Hec aũt duo cõpetunt
chriſto ſpũaliter. ¶ Primo ſm ꝓpiquitatẽ ad de
um: gratia eius altior ⁊ prior eſt ⁊ ſi nõ tpe: quia
oẽs alij accepertũt gratiã per reſpectũ ad gratiam
ipſius. ſm illud Ro. 8. quos preſciuit hos ⁊ prede
ſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui vt ſit iſe
primogenitus in multis fratribus. ¶ Scđo vero
pfectionẽ habet q̃tũ ad plenitudinẽ oĩm gratiaꝝ
ſm illud Jo. i. plenũ gratie ⁊ veritatis nõ ſolum
eni gratiã gratũ faciẽs fuit in ſummo gradu a cre
atura pceptibili qđ in nullo ſanctoꝝ fuit: ſed etiã
oĩs gratia gratis data: de quibus apoſtoluſ. i. cor.
Diuiſiones grãꝝ ſũt ⁊c. ſm oẽ tẽpus ſuũ qđ ĩ alijs
nunq̃ fuit ꝓut dicitur de pe. di. 2. q̃rẽdũ. ¶ Ter-
tio xp̃s habuit ⁊ habet vim influẽdi gratiã ĩ oĩa
mẽbra eccleſie. ſm illud Jo. i. De plenitudine ei⁹
nos oẽs accepim⁹. Influit aũt chriſtus gratiã ĩ fi-
deles ſm ꝙ deus ẽ auctoritatiue: ſed inq̃tũ ẽ hõ
hoc ei cõuenit inſtrumentaliter inq̃tũ. ſ. eius hũa
nitas fuit inſtrumẽtũ diuinitatis eius: ⁊ ita actões
eius ex virtute diuinitatis fuerũt nobis ſalutife-
re: vtpote gratiã in nobis cauſantes ⁊ p meritum
⁊ per efficaciã q̃daꝫ. Eſt aũt chriſtus caput oĩm
viatoꝝ. ſ. ⁊ beatoꝝ ⁊ purgãdoꝝ: nõ aũt dãnatorũ
ſed diuerſo modo. Dicit. n. apoſtolus. i. thi. 4. ſal
uator ẽ oĩm hominũ. ⁊ i. Jo. 2. iſe. ſ. xp̃s ẽ ꝓpicia
tio: non ſolũ ꝓ peccatis noſtris: ſed totius mũdi.
ſaluare aũt ⁊ ꝓpiciare cõpetit xp̃o ſm ꝙ caput ẽ
eccleſie. Pro huius aũt declaratione ſciẽdũ ſm
tho. in. 3. pte. q. 8. ar. 3. ꝙ hec eſt dr̃ia inter corpus
naturale hominis ⁊ corpus eccleſie myſticũ: q2
membra corporis naturalis ſũt oĩa ſimul: nec q̃
tum ad eſſe nature: q2 corpus eccleſie cõſtituitur
ex hominib⁹ qui fuerũt a p̃ncipio mũdi vſq3 ad
finẽ ipſius: nec etiaꝫ q̃tũ ad eſſe gratie: q2 eoꝝ q
ſunt etiam in eodem tempore quidã gratia carẽt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſtea habituri alijs iā habētibꝰ: ſic ergo mēbra
corꝑis myſtici nō ſolū accipiunt̄ ſm ꝙ ſūt ī actu
ſed etiā ſm ꝙ ſūt in potētia. Quidā tñ ita ſunt in
potētia ꝙ nūꝙ̄ reducūtur ad actū: ⁊ hoc ſcđꝫ tri
plicē gradū: quoꝝ vnus ē per fidē: ſcđus ꝑ chari
tatē vie: tertius ꝑ fruitionē patrie: ſic ḡ dicēdo ꝙ
accipiēdo generaliter ſcđm totū tꝑs mūdi xp̄s ē
caput oīm hominū: ſꝫ ſm diuerſos gradꝰ. Pri
mo.n. ⁊ ꝑ̄ncipaliter ē caput eoꝝ q actu vniunt̄ ſi
bi ꝑ glīam. 2° eoꝝ qui ſibi actu vniūtur ꝑ chari
tatē. 3° eoꝝ qui ſibi actu vniuntur ꝑ fidē. 4°
eoꝝ qui ſolū ſibi vniunt̄ in potentia nōdū ad ac
tū reducta ſm diuinā predeſtinatōem. 5°. ſ. eo
rum qui in potētia ſibi ſunt vniti que nūꝙ̄ redu
citur ad actū: ſicut hoīes in hoc mūdo viuētes q
nō ſunt predeſtinati: qui tñ ex hoc mūdo recedē
tes totaliter deſinūt eſſe mēbra xp̄i qui nō ſunt ī
potentia vt chriſto vniant̄. Infideles ergo dum
viuūt ſunt xp̄i mēbra in potētia: qꝛ libeꝝ hn̄t ar
bitriū ad diſponēdū ſe ad fidē: ⁊ virtus chriſti ē
ſufficiēs ad ſalutē oīm qui in purgatorio ſūt mē
bra chriſti vtiꝙ̄ ſunt ei vniti ꝑ charitatē. Nō aūt
dicit apl̄s ephe. 5. ꝙ xp̄us tradidit ſemetipm̄ .ſ. in
mortē vt exhiberet ſibi eccl̄iam glīoſam nō ha
bentē maculā nec rugā nec aliqđ hꝰ. Sciendū
ꝙ hic eſt vltimꝰ finis noſter ad quē ꝑducimur ꝑ
paſſionē xp̄i: cuius finis cōſecutio ſolū eſt in ſta
tu patrie vbi eccleſia triūphat: nō aūt in ſtatu vie
vbi militat: nec ſine macula ſeu ruga venialium
ſaltē eſſe poteſt. Fidelis aūt mali ſūt mēbra xp̄i
in potentia vel vniti ei nō ſimpliciter exq̄ charita
tē nō hn̄t: ſed ſm qđ. i. ſm fidē. Eſt aūt xp̄s caput
hominū q̄ntū ad aīam ⁊ quātū ad corpꝰ: qꝛ tota
hūanitas xp̄i. ſ. ſꝫ aīaꝫ ⁊ ſm corpꝰ īfluit ī hoīes et
q̄ntū ad aīas ⁊ q̄ntū ad corꝑa: ſꝫ ꝑ̄ ⁊ ꝑ̄ncipaliter ī
aīas: ſecūdario in corꝑa: qꝛ a xp̄o vtute diuinita
tis ſue influitur: ſicut hic gratia in electis ſuis: ita
in gloria: ⁊ ab aīa glā redūdat in corpus. Eſt aūt
xp̄s caput nō ſolū hoīm: ſed etiā oīm beatoꝝ an
geloꝝ ſm illud coll. 2. q. ſ. xp̄s eſt caput oīs ꝑ̄nci
patus ⁊ poteſtatis: qđ etiā intelligit̄ de alijs ordi
nibus: cū ſit eadē rō ð eis. Huius ratio ē ſm tho.
in 3ª pte. q. 8. ar. 4. ꝙ vbi eſt vnū corpus neceſſe
eſt ponere vnū caput. vnū aūt dicit̄ ſilitudinarie
vna multitudo ordinata in vnū ꝙ ſm diſtictōes
actuū ſeu officioꝝ. manifeſtū eſt aūt ꝙ ad vnū fi
nem q eſt glīa diuine fruitionis ordināt̄ur hoīes
⁊ angeli: vn̄ corpus eccleſie myſticū nō ſolū cō
ſiſtit ex hoībus: ſed etiā ex angelis. Totius auteꝫ
hꝰ multitudinis xp̄s eſt caput: qꝛ ꝓpinquiꝰ ſe hꝫ
ad deū: ⁊ perfectius ꝑticipat dona eius nō ſolū q̄ꝫ
hoīes: ſed ēt q̄ꝫ angeli: ⁊ de eiꝰ influentia nō ſoluꝫ
hoīes recipiūt: ſed etiā angeli. dicit̄. n. ad ephe. i.
ꝙ cōſtituit eū. ſ. xp̄m deꝰ pr̄ ad dexterā ſuā in ce
leſtibus ſuꝑ oēm ꝑ̄ncipatū ⁊ vtutē poteſtatē ⁊ do
minatōem: ⁊ omne nomē qđ noīat̄ nō ſolū ī hoc
ſeculo: ſed ēt in futuro. Eſt ḡ xp̄s ſm ꝙ hō nō ſo
lū caput hoīm: ſed etiā angeloꝝ. Vn̄ dicit̄ math.
4. ꝙ acceſſerūt angeli ⁊ miniſtrabāt ei. Quāuis
enī angeli nō cōformētur nobis in natura corꝑis
qđ nō hn̄t ſic̄ nos habemꝰ ⁊ xp̄s habuit: tñ quia
influentia xp̄i inquātū caput ē ī hoīes ꝑ̄ncipalit̄
ē q̄ntū ad aīas in quo angeli cōueniūt cū hoībus
ideo ſm hoc dr̄ xp̄s caput nō ſolū hoīm: ſed etiā
angeloꝝ. Quis aūt prelati ⁊ ꝑ̄cipue eccl̄iaꝝ pn̄t
dici capita alioꝝ: vt dr̄ di. 12. Non decet a capite
mēbra diſcedere: ſed oīa mēbra caput ſeq̄ntur.
dicunt̄ aūt capita alioꝝ ſm amos ꝓphetā: tamē
alia rōe ⁊ mō dicūtur q̄ꝫ xp̄s caput eccl̄ie ꝓpter ī
fluentiā grē ⁊ glīe quā influit in mēbra eccl̄ie. ꝑ̄
lati aūt dicūtur capita alioꝝ ſm quādā guberna
tionē exteriorē: xp̄s ēt ē caput oīm ſm oē tēpꝰ et
oēm locū ab initio mūdi vſꝙ̄ in finē. Sed prela
ti ſūt capita ad certū tꝑs ⁊ locū. Nā papa q dicit̄
caput totiꝰ eccl̄ie nō eſt caput niſi ꝓ tēpore ſui ꝑ̄
lationis: ⁊ ep̄i ſūt capita nō oīm abſolute: ſed cer
ti loci. ſ. ſue dioceſis tm̄. Capita etiā dicūtur: qꝛ
repreſentāt ipm̄ xp̄m caput eccl̄ie in officijs ſuis.
Diabolus vero dicit̄ caput iniquoꝝ non influen
do vel cauſando in eis malitiā ſed ſuggerendo: ⁊
qui ſequūtur inſtigationem ſuam: ſicut membra
mouentur a capite ⁊c̄.

De quintuplici medio in q̄bus dn̄s ieſus xp̄s
oꝑatus eſt ſalutem in medio terre. c. 2.

D(d)Eus rex noſter an
te oīa ſecula oꝑatus eſt ſalutē in medio
terre: pſ. Deus vtiꝙ̄ pater filius ⁊ ſpūs ſanctus
vnus deus qui eſt rex noſter abſolute rex regum
⁊ dn̄s dominantiū gubernās oīa ⁊ regens ⁊ nos
modo ſpeciali ante ſecula exiſtens: quia ab eter
no operatus eſt ſalutē terre. i. humano generi qđ
eſt de terra: ⁊ quid niſi per ſaluatorē ieſum: ieſus
enim interpretatur ſaluator. ipe enim ait angelus
ad ioſeph: ſaluū faciet populū ſuū: math. i. ꝓtho
martyr ſteſanus cū celis apertis vidit gloriā dei
ait video filiū hoīs. i. ieſum ſtantē a dextris virtu
tis dei: actꝰ. 7. vidit ergo ieſum nō ſedentē ſed ſtā
tem. ſ. ad orādum ⁊ pugnandū pro eccleſia ⁊ co
ronandum eā. Nam vt ait ber. filius ſtat an̄ pa
trem oſtendens ei latus ⁊ vulnera. Ipſe. n. inter
pellat ꝓ nobis. Ro. 8. pugnat etiā ꝓ eccleſia: vn̄
in figuram dixit exercitus pharaonis in mari ru
bro exiſtens: fugiamus iſrahel dn̄s enī pugnat
ꝓ eis. Et Iſaie dicitur. Ego ꝓpugnator ſum ad
ſaluandū demū ipe coronat: eſto fidelis vſꝙ̄ ad
mortem ait ipe ⁊ dabo tibi coronā vite: apoc. 2.
Operatus eſt ergo deus ſalutem in medio terre,
ideſt in xp̄o: vbi notabimus. v. media quibus de
us operatus eſt ſalutem.
Primum medium diuinale.
Scđm medium virginale.
Tertium medium temporale.
Quartum medium locale.
Quintum medium virtuale.
Medium diuinale eſt dei filius Io. i. mediꝰ autē



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

veſtrum' ſtetit quem vos neſcitis.i.dei filius q̄ ē
medi⁹ in trinitate inter vos ſtetit ⁊c̄. Quãuis.n.
eterne deitati non inſit quãtitas vel locus ſic̄ nec
aliud accidens:tñ cum in ip̄a beatiſſima trinitate
ſint tres perſone:pater filius ⁊ ſp̄us ſanctus.patet
filium mediũ eſſe inter patrē ⁊ ſpiritũ.ſ.non loca
liter ſed naturaliter. Nam ſecunda perſona que
eſt filius eſt media in nominando inter primã ꝑ
ſonã que ē pater ⁊ ſpiritum ſanctum qui eſt.3ª in
trinitate perſona. Operatus eſt ergo ſalutē deus
terre.i.humano generi:in medio.i.in filio incar/
nato:non enim pater vel ſpirit⁹ ſanct⁹ ſed dei fili
us noſtrã naturã aſſũpſit:⁊ licet deus trinitas to
ta ſit operata ip̄am incarnationē ⁊ ſalutē.i. illam
carnem illam animam ⁊ illã vnionē:⁊ exinde ſa
lutē vite gratie ⁊ glorie:q2 inſepabilia ſunt opa
trinitatis ab extra.de con.di.4.omnes. tñ ſola ꝑ
ſona filij vnita ē illi de nouo formate humanita/
ti:ſicut anſelmus exēplificat d̄ tunica aliqua q̄ ſu
itur a tribus puellis vel perſonis:quã tñ vna ſo/
la ex eis induit:ita ſolus dei filius habitu inuen
tus eſt vt homo.phi.2. Et q̄uis nil deo ſit impoſ
ſibile vnde ⁊ potuit incarnari pater ⁊ ſpiritus ſan
ctus:decuit tñ magis dei filiũ carnē aſſumere tri
bus rationibus. Prima ex parte aſſumētis. Eui
dens eſt enim ꝙ artifex per eandē artē ſeu ſapiē/
tiã mentis facit aliqđ opus:⁊ illud deſtructũ refi
cit ⁊ reformat. Eſt autem dei filius verbũ ⁊ ſapi
entia ⁊ ars:vt dicit aug'.dei patris omnipotētis
per quē facta ſunt omnia ſcđm illud p̄s. omnia ī
ſapientia feciſti.⁊ Io.i.omnia per ip̄m facta ſunt
ſed opus eius eſt mũdus quaſi deſtructus ⁊ de/
formatus erat deformato homine per peccatum
ꝓpter quē hominem mũdus factus erat. Ad re/
formandũ igitur ⁊ ſaluandũ qđ perierat decens
fuit:vt per ip̄m dei filium ſapientiã ⁊ artē patris
hoc fieret.ſ.eum incarnando. 2ª ratio eſt: quia
cum homo dicatur factus ad imaginem dei ⁊ ſi
militudinē:geñ.i.deſtructa vł d̄turpata hac ima
gine per peccatũ hominis:⁊ ſi non quo ad natu/
ram:tamen quo ad gratiam decebat ad ip̄am re
nouandam ⁊ ip̄am pulchrifaciendam:vt hoc fie
ret per eum qui eſt imago ⁊ ſimilitudo dei per/
fecta.⁊ hic eſt filius.dei. Vñ ambroſius tractans
illud p̄s.deus quis ſimilis erit tibi ait non vtiq̃
nullus:ſed filius qui eſt imago patris:de pe.di.i.
3ª ratio eſt ex parte occaſionis ruine humane
a ſuperbia dicitur thobi.4.ſumpſit initium om/
nis perditio:que ſuperbia fuit in appetendo inor
dinate ſimilitudinē dei in ſapientia. Eritis ingt
ſerpens ſicut dei ſcientes bonum ⁊ malũ come/
dendo de lingno vetito.decens ergo fuit vt vnđ
mors oriebatur inde vita reſurgeret per cõtrari
um modum:q2 cõtraria contrarijs curantur .per
ſapientiam ergo elatam mortuũ eſt genus huma
num:ſed per ſapientiam dei humiliatã in carne
aſſumpta viuificatum eſt ⁊ ſaluatũ:⁊ ſic de⁹ ope/
ratus eſt ſalutem in medio terre. Secundum
eſt medium virginale:hec eſt virgo maria d̄ qua
aſſũpſit carnem noſtram in qua operatus eſt ſa/
lutem noſtram. Unde dicit ber.ꝙ ad ip̄am vir/
ginem tãq̃ ad medium cõcurrunt vniuerſi. Qui
ſupra ſunt angeli vt reſtaurentur.ſ.in ruinis ſuis:
inferi qui infra ſunt.i.patres in lymbo:vt liberē/
tur de tenebris:qui autem fuerunt patriarche ⁊
ꝓphete:vt verificent̄ ī ſuis.ſ.prophetijs ⁊ figurꝭ
de hoc qui poſt nos erunt ⁊ nos vt ſaluentur:ad
de quia a dextris ſunt.ſ.iudei vt honorificentur:
ꝙ de eis nata ſit mater dei:qui a ſiniſtris.i.genti/
les idolatre vt illuminentur ad fidem. Operatuſ
eſt ergo deus ſalutem in medio terre.i.in virgīe:
que eſt perfectio hominũ:⁊ de hoc p̄s. Sanctifi/
cauit tabernaculũ ſuũ altiſſimus:deus in medio
eius non cõmouebitur.ſanctificauit in vtero ma
tris virginem:purgando ab originali ⁊ religãdo
fomitē:ſed magis ſanctificauit tabernaculũ:quan
do venit ad habitandũ.i.in cõceptione extiguē/
do fomitē:vnde de⁹ in medio ei⁹.i.in vtero vir/
ginis carnē.ſ.aſſumens nõ cõmouetur:nec ipſa v̄
go ad carnis aliquã cõcupiſcētiam:nec ip̄e deus
ad aliquã ſui mutationē:vñ angelus ad mariam
Sp̄us ſanctus ſuperueniet in te ⁊ virtus altiſſimi
obumbrabit tibi:luc.i.vbi Io.dama.poſt cõſen
ſum ſancte virginis:ſp̄us ſanct⁹ ſuperuenit ī ip̄am
ſcđm verbũ dñi:quod dixerat angelus purgans
ip̄am in potentia diuinitatis verbi receptiuã pre
parans ſimul ⁊ generatiuã:⁊ ſic ſanctificauit.⁊.ſ.al
tiſſimus:⁊ tunc obumbrauit ip̄am dei altiſſimi
ſapientia per ſe:⁊ virtus exiſtens:⁊ copulauit ſibi
ipſi ex ſanctiſſimis ⁊ puriſſimis ip̄ius virginis
ſanguinibus carnem animatam anima rationali
⁊ intellectiua:non antique conſperſionis ſeminãſ
ſed per ſpiritũ ſanctũ creans.hec ille:⁊ ſic deus in
medio eius. Et ſm vincē.li.vij.in ſpeculo hiſto.
Uirtus generatiua fuit excitata in virgine nõ na
turaliter ſed miraculoſe.ſ.a ſpiritu ſancto:qui ſu
perueniens in eam dedit ei virtutem:qua in mo/
mento faceret hos quatuor actus:qui in aliorum
conceptione fiunt per interualla diez.ſ.deciſionē
ſanguinis:conſolidationē illius materie:conuer
ſionem.ſ.in carnem neruos ⁊ oſſa:formationem
.ſ.corporis plene.ſ.diſtinctum in omnibus linia/
mentis corporis humani:ſed adeo paruũ:vt vix
poſſent liniamenta diſcerni. Et eodem momen/
to anima chriſti de nouo creata ⁊ corpori infuſa
verbo dei vnita fuit:alij qui cõcipiuntur non ſu/
bito effigiantur diſtincte per omnia membra in
principio conceptionis:ſed per ſpacium.46.die/
rum:maſculi perfecte corpus formatur:⁊ tunc a/
nima creata de nouo infunditur:ſicut dicit aug'.
ſuper Io.vnde v̄. Conceptũ ſemen ſex primis cre
de diebus. Fit lac reliquſq̃ nouē fit ſanguis: ac in
de. Deſolidat duodena dies: biſnona deinceps.
Effigiat:tēpuſq̃ ſequēs augmētat in ortum. Sꝫ
omnia iſta in xp̄i cõceptõne facta ſunt ſubito et
anima infuſa. De corpore femine dicuntur fieri ī
fra octoginta dies:⁊ licet virgo mater.nihil extra
ſuſcepit:fuit tñ vere ⁊ proprie mater chriſti:plus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

etiam ꝙ̄ alia quelibet femina mater filij: ſiue qꝛ
totaliter illa deciſio fuit facta ex carne virginis
non mixtione virilis ſeminis. Et cū tota trinitas
operata ſit illā incarnatōem: vt dictū eſt: tñ dicit̄
conceptus de ſpū ſancto: nō ꝙ de ſubſtātia eiꝰ vel
ſolo opere eius: ſed ꝓpter potentiſſimū effectuz
gratie dei: que attribuitur ſpiritui ſancto: qꝛ ho/
mo ille nullis meritis precedētibus in ipſo exor/
dio nature ſue verbo dei copulatus eſt in vnita/
te perſone: ⁊ hinc vere mater dei dicit̄ ⁊c̄. Eſt au
tem ipſe chriſtus conceptus ⁊ natꝰ mediator dei
⁊ hominū factus ex ipſa incarnatōne. Et iō quia
mediū participat de extremis: ipſe homo ieſus de
deo accepit ſummā innocētiā: qꝛ ſine peccato ſo
lus cōceptus ac etiā plenitudinē ſapientie ⁊ gra/
tie. Jo. i. Plenū gratie ⁊ veritatis. De homine ac
cepit mortalitatē ⁊ paſſiones pēales: vt famē ſiti
calorē frigꝰ ⁊ hꝰ: triſticiā tiorē irā ⁊ hꝰ. Et mors
qdē ⁊ alie pene nobis inſunt ex neceſſitate ī pe
nam primi peccati. In chriſto autē nō ex neceſſi
tate: qꝛ peccatū nō habuit: ſed ex volūtate: qꝛ ſe
ſpōte eis ſubiectus eſſe voluit ad noſtri redem/
ptionem. paſſiones etiā interiores triſticia timor
⁊ hꝰ fuerunt ī eo ſolū ſcōm ꝓpaſſionē: non ſecū
dū paſſionē. i. non taliter fuerunt tales affectus ī
eo: ita vt animus eius aliqualiter a rectitudīe vl̄
dei clara cōtemplatione declinaret vel offuſca/
retur: ſed in nobis iſta contingunt etiā ſm paſſio
nē: qꝛ ꝙ̄tumcūqꝫ ex zelo dei his moueamur: ani/
mus ⁊ ratio offuſcatur a dei quiete ſpeculatiua:
⁊ quia boni mediatoris eſt ponere pacē inter p/
tes ⁊ recōciliare inimicos: mediator dei ⁊ homi
nū homo xp̄s ieſus: vt optimus mediator: nos cū
eſſemus inimici dei ꝓpter iniuriam a nobis eiꝰ il
latam nos ei rebellando ⁊ inimico diabolo ad/
herendo recōciliauit: deo ipſo ꝓ nobis ſatiſfacien
do ⁊ debitū ſoluendo: qđ ſoluere nō valebamꝰ:
quia infinitū. peccata enī noſtra. i. penā eis debi/
tam ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignū cruc
vt ait petrus in p̄ma canonica. ⁊ vitā anime ⁊ cor
poris a nobis amiſſam ipſe per mortē ſuam ino
xam nobis reſtituit: ⁊ ſicut ipſe mediator dicitur
noſter: ita ⁊ mater eius dicitur mediatrix: qꝛ pec
catorꝫ recōciliationē ꝓcurat apud deū. Vñ in ſe/
quentia dicitur. Mediatrix hominū: ablutrixqꝫ
criminum: peccatorum venia.

## Tertium autē medium

tēporale: in quo deus operatus eſt ſalutē terre. i.
homini in medio eſt determinatio tēporis: quo
īcarnatus eſt. abachuch. 3. dicitur. In medio an/
norum īnoteſceris. ſ. tu deus manifeſtaberis mū
do in carne. ſ. aſſumpta. Sed mediū non ſumitur
hic ſtricte ⁊ punctaliter. ſ. ꝓ eo tp̄e qđ equaliter
diſtat ab extremis. ſ. principio ⁊ fine tp̄is: ſed lar
ge ꝓ eo qđ ē inter illa extrema. Nam ab incarna
tione dn̄i vſqꝫ ad preſens fluxerūt anni. M. cccc
xlix. nōdum cōpleto vltimo anno: ⁊ ꝙ̄tū reſidui
ſit tēporis vſqꝫ ad finē mundi: ſolus deus nouit.

Ex multis tñ ſignis ⁊ ꝓphetijs tradit̄ cōiter non
multū duraturū: ſed a principio tēporis. i. creatō
nis rex vſqꝫ ad incarnatōem vel natiuitatem flu
xerunt anni qnqꝫ milia cētū nonaginta noueꝫ ſm
tranſlationē. lxx. interpretū: quā ſequitur beda:
quā vniuerſaliter tenet eccleſia. ſed ſm cōputatō
nem ex trāſlatiōe hieronymi: quā tenemꝰ ⁊ ipſaꝫ
ſequitur euſebius ⁊ hebrei: que etiā conſonat hi
ſtoricis gentiliū: a principio mūdi vſqꝫ ad incar/
nationē vel natiuitatē domini fluxerunt tria mi/
lia nongenta. 63. anni ⁊ non plus. Procedit iſta
diuerſitas opinionū: vt refert vincē. in ſpe. hiſto.
li. 7. c. 88. qui iſta ſcribit: ex eo ꝙ p̄ma opinio po/
nit in prima etate. ſ. vſqꝫ ad diluuiū fluxiſſe ānos
duo milia. cc. xlij. Et in 2ª etate vſqꝫ ad abraham
ponit annos nongentos. 40. qui ſimul fiunt tria
milia. c. 84. Sed in noſtra editione ſeu tranſlatō
ne habemus tm̄ annos mille nongentos quadra
ginta. 8. vſqꝫ ad abraham. Non ergo punctalit̄
ex quo dicitur. Innotuiſſe deus per incarnatōeꝫ
in medio annorum: quia tunc per plura milia an
norum duraret mundus: ſed quia inter principiū
⁊ finem tēporis: qđ eſt medium valde latuꝫ. Nō
autem in extremitate temporis voluit incarnari
. ſ. in principio vel fine: quia minus vtilis fuiſſet
medicina egrotis. Nam ſi in fine temporis īcar/
natus fuiſſet: pauci inde fuiſſēt ſaluati: cū oēs pe
ne detenerentur tenebris infidelitatis ⁊ peccato
rum boni etiam āmodo deſperaſſent de reme/
dio languoris: nec etiam in principio tēporis de
cuit incarnari añ quidem lapſum non oportuit.
Nam vt dicit leo papa in ſermone: Si primꝰ hō
in ſuo honore manſiſſet: creator hominū creatu
ra non fieret. augꝰ. Tolle morbos tolle vulnera:
⁊ que cauſa veniendi medico ſcilicet filio dei? q.
d. non veniſſet in mundum deus: ſi peccatum in
humana natura non fuiſſet: qđ tñ quidam refe/
runt ad paſſionem: quā ſine dubio non ſuſtinuiſ/
ſet: ſi homo non peccaſſet: ſed ob dignitatem ho
minis incarnatus fuiſſet. Poſt lapſum aūt homi
nis cito incarnari non fuit expediens ſaluti hoīs
quia iam oblitus eſſet tanti beneficij: immo qđ
peius eſt necdum recognouiſſet: ſed vt ſuper/
bus ⁊ ingratus homo ſuo merito attribuiſſet in/
carnationē vel ſine ipſa extimaſſet ex ſua cogniti
one ⁊ facultate arbitris valuiſſe ſalutem conſeq
ꝓpter qđ vt cōuinceretur homo de ſua ignoran/
tia ⁊ impotentia prius relictus fuit ſub lege na/
turali: ⁊ poſtea ſubſcripta: ſed experimento didi
cit: ꝙ neutra eum ſaluare poterat: niſi per aduen/
tum filij dei: ⁊ in medio tp̄is venit. vnde dicitur
ſapientie. Dum medium ſilentiū tenerent omnia
⁊ nox in ſuo curſu medium iter haberet: omnipo
tens ſermo tuus domine de celis a regalibus ſe/
dibus venit. Circa cuius expoſitionem glo. cōti/
nua ſuper illud ad gala. 4. At vbi venit plenitu/
do tēporis vel ordinata per angelos ī manu me
diatoris. Nota triplex ſilētiū. Primū ex igno
rantia languoris. Scōm ex deſperatione ſana

tioniſ. Tertiū ex plena quiete mentis. Pri/
mum ſilentium fuit ſub lege naturali:in qua hō
dimiſſus ſibiipi deueīt ad tātā cecitatē: vt idola
coleret:ꝛ turpiſſima opera cōtra naturā etiā īcli/
nationē.ſ.naturalem aīaliū peccata non putaret:
vt patet in ſodomitis.ꝛ qꝛ ignorabat natura'hu/
mana peccatū ſuū vel morbū ſuū medicū nō ꝑpo
ſtulabat aut deſiderabat:ꝛ ſic fuit primū ſilenti
um. Conuictus hō de ſua ignorātia recepit legez
a deo:in qua docebatur verus dei cultus ꝛ dcla
rabatur peccatum. Unde rupto ſilentio:cepit hō
querere ſalutem ex lege ꝛ conari ad obſeruantiā
eius:ſed quia nihil ad perfectum adduxit lex:q̄̄
uis enim oſtenderet morbū peccati:non tamen
preſtabat ad implendi poteſtatē:ideo quaſi dſpe
rans hō de ſalute ſui ceſſauit clamare ꝛ poſtula/
uit auxilium:vnde ſecutum eſt ſm ſilentiū ſeu me
dium.dum ḡ iſtud mediū ſilentiū tenerent om/
nia:omnipotens ſermo dei.ſ.filius venit a rega/
libus ſedibus.ſ.de lumine celi ad tenebras mun
di:de conſeſſu patris ad officinā peccati:de ſede
regali ad infima huius mundi. Angelus magni
conſilij in piſcinam deſcendit:vt ſanaret langui/
dus heliſeus mortuo puero ſe coaptauit:vt viui
ficaretur defunctus ſamaritanus ſauciatus vulne
ribus appropinquauit:vt curaretur ſemiuiuus:ꝛ
veniens nunciauit pacem:attulit gratiam.ſ.in ſa/
cramentis quo per orbē inſinuato ceperunt egri
ad medicū currere ꝛ flagitare remedium:quo ꝑ
cepto.ſ.per gratiam xp̄i in ſacramentis peruenit
ad regnū:vbi ſequitur tertiū ſilentium:de quo di
citur apoca. Factū eſt ſilentium in celo. Iſtud ſi/
lentium eſt ex eo:ꝙ cū ſancti obtineant quicquid
appetunt:nihil eis reſtat petēdū:ſed cū dn̄o gau
dendū. Deus igitur operatus eſt ſalutē in medio
terre.ſ.tp̄is.inter tēpus veteris ꝛ noui teſtamenti
paſſus eſt in meridie:que eſt medium diei artifi/
cialis:cantic. Indica mihi vbi paſcas vbi cubes
Et ſubditur quaſi reſpondendo in meridie: quia
hora ſexta crucifixus eſt.

## Quartū etiam mediuz

ſcilicet locale:in quo dn̄s operatus eſt ſalutē ter/
re eſt hieruſalem:vbi crucifixus eſt dn̄s:que di/
citur eſſe in meditullio terre habitabilis:quia.n.
eccleſia ꝓpaganda erat vbiqꝫ terrarꝫ ꝛ ꝓpter oēs
habitantes in terra incarnatus ꝛ paſſus eſt: ideo
in medio terre.qđ ex equo rſpicit circūferentiā.
paſſus enim eſt in medio loco inter celum ꝛ ter/
ram.i.in aere ſuſpenſus in cruce:qui locus eſt me
dius inter celum ꝛ terram:vt.ſ.debellaret aere/
as poteſtates.i.demones:qui manent in aere: ꝛ
vt viā nobis ſeu ſchalam đ celo ad terrā faceret.
in medio etiam latronuꝫ:quia ſatiſfaciebat ꝛ pe
nam ferebat ꝓ omnibus hominibus:qui in adā
latrones fuimus volentes rapere diuinitatem: nō
ſolum enī ꝓ electis per bonū latronem ſignificās
ſed etiam ꝓ reprobis per malum figuratus pēas
tulit:ꝛ ꝓ maribus ꝛ feminis ꝛ gentilibꝫ ꝛ iudeis
paſſionem ſuſtinuit:ideo in medio loco operatꝰ
eſt ſalutem. Notandū etiam diligenter:ꝙ ſic
ſol materialis in medio loco ſituatus eſt planeta
rum:quia ſub ſe habet lunam mercurium ꝛ vene
rem:iſtos tres ſupra ſe habet martez iouem ꝛ ſa/
turnum:ita ſol iuſticie xp̄s deus noſter in medio
ponitur patrum veteris ꝛ noui teſtamenti:nā ꝛ
q precedebant q̄ſi ſupra p̄res veteris teſti:ꝛ q
ſequebantur quaſi infra patres noui teſtamenti.
Tres vndiqꝫ fidem ſancte trinitatis hn̄tes ſpem
ꝛ charitatem:clamant xp̄o oſanna.i.obſecro ſal/
ua:qꝛ ipe eſt ſaluator mundi:ꝛ ſicut ſol materialꝭ
vltra curſum ad motum primi mobilis:ſm quē
mouetur de oriente in occidentem.ꝛ infra vnam
diem naturalem perficit curſum totius celi:de q̄
dicitur eccle.i. Oritur ſol ꝛ occidit ꝛ ad locum ſu
um reuertitur ꝛ gyrans per meridiē fertur ad a
quilonem:habet ꝛ curſum ꝓprij motus:qui ē de
occidente in orientem tranſiens per medium ce
li ꝛ diſcurrens per ſigna zodiaci:perficit curſum
totius celi per annum integrum. Cum enī a ſapiē
tibus mundi deſignētur.xij.ſigna zodiaci:que cō
tinentur in his verſibus. Eſt aries taurus gemini
cancer leo virgo. Libra quoqꝫ ſcorpius archite/
nens caper amphora piſcis. In quolibet horꝫ ſi/
gnorꝫ ſtat per menſem ſm motum ꝓpriū. Et inci
pitur poſt mediū martij.hic fuit ſol in prima ſui
creatione:ſic ſol iuſticie xp̄us diſcurrit ſigna celi
militantis eccleſie.i.duodecim ſtatꝰ diuerſa ope
rans ſm aliquā ꝓprietatem ſignorum:vt nō.ro/
bertus holchot ſuper li.ſapientie. Dicitur aūt ari
es eſſe dextera pars celi ꝛ nobilior pars: vnde ī
cipit motus. Unde aries eſt primum ſignum ſm
philoſophos:ꝛ ſm catholicos ſol creatus eſt in
ariete. Tranſiuit ergo ſol iuſticie chriſtꝰ in ſigno
arietis ſm deitatem: quando creauit hominē ꝛ
poſuit in paradiſo voluptatis. Aries eſt animal ī
nocens in genere ſuo forte ꝛ potēs ī ſpē ſua dux
gregis:ſic homo tunc habuit innocentiam ope
rante deo magnam vigoroſitatem in naturalibꝰ
ꝛ dominus cūctorum de iſto ſigno tranſiuit xp̄s
ꝛ cito ad ſignum tauri:qui eſt animal magne fe/
rocitatis:ꝛ hoc fit quādo peccante homine deuſ
oſtendit magnam feritatem ꝛ ſeueritatem in pu/
niēdo ipm̄:qꝛ expulit hoīez de paradiſo tradidit
eum ꝛ ſubdidit eū īnumerꝭ miſerijs:ꝛ pꝰ mortē
ad inferos miſit:in diluuio pene oēs deleuit:in
deſerto multa milia ꝓſtrauit:vt merito diceret
deus vltionū. Dicit aūt Iſido.in lib.ety.ꝙ tau/
rus q̄tumcūqꝫ ferus:ſi alligetur ficui manſueſcit:
ita dei filius alligatur virgini dulciſſime vincu/
lo charitatis:ex qua īcarnatus effectus eſt mani/
feſtus:iuxta illud quod predixerat zacha.ꝓphe.
9. Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. De ſigno ḡ
tauri trāſiuit in ſignum gemini:qn̄ duas naturas
ſcilicet diuinam ꝛ humanam in vtero copulauit
virginis ꝓcedens de thalamo ſuo:vt canit eccle
ſia:pudoris aula regia:gemine gigas ſubſtantie
alacris:vt currat viam. Depingitur iſtud ſignum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in forma duorum iuuenum ſe cōplectentiū: ⁊ vt
fingunt quidam iſti fuerunt caſtor ⁊ pollux filij
iouis: qui in tm̄ ſe dilexerunt: q cum caſtori data
eſſet īmortalitas .i. poſſe non mori ſi voluiſſet:
mori voluit pro germano ad tempus: vt vtriq̄
daretur īmortalitas: ⁊ ſic ambo tranſlati ſunt.
Et iſtud ſignum gemini nuncupatur: ſic ieſus ſol
iuſticie: ita hominem germanū ſuū dilexit: q cū
haberet non mori ex conditione nature: q̄r ſine
peccato: voluit mori pro homine: vt nos immor
talitatis ſue tribueret eē participes. De iſto ſigno
tranſiuit ſol ad cancrum. Cancer eſt animal ſeu pi
ſcis paſſu retrogrado vadēs: ⁊ ita ſol iuſticie xp̄s
videbatur retrocedere quotidie dū vixit. Rect⁹
enim inceſſus hominis iuſti deberet eſſe de vir
tute ad honorem de merito ad premium de la-
bore ad requiē: ſed xp̄s quotidie retroceſſit: q̄r
de virtute ad vituperiū: de vituperio ad verbe-
ra deinde ad crucem: de cruce ad infernum. Vn̄
toto tempore a natiuitate vſq̄ ad reſurrectōem
ſol noſter moratus eſt in cancro. Et ſicut ſole exi
ſtente in cancro maximus feruor mundo diffun
ditur: ita xp̄us ſol noſter iſto intermedio oſten-
dit hominibus maximam charitatem: ab iſto ſi-
gno ſol intrat leonem. Dicit Iſido. li. etymologia
rum: q catulus leonis de nouo natus tribus die
bus iacet: quaſi mortuus poſt tres dies rugitu le
onis ſuſcitatur a dormitione ſeu morte: ſic xp̄us
in cruce mortuus tribus diebus iacuit mortuus
ſm̄ figuram ſynodochen: ⁊ tertia die virtute pa
tris .i. diuinitatis ſurrexit. hic eſt leo de tribu iu-
da: apoc. 5. de quo ꝓphetauerat iacob benedi-
cens filio ſuo iuda. gene. penul. Catulus leonis iu
da ait: ad predam aſcendiſti ⁊c̄. De leone tranſi-
uit in virginē: toto enim tempore medio inter re
ſurrectionem ⁊ aſcenſionē tota doctrina ⁊ fides
eccleſie in beata virgine potiſſime cōſeruabatur
Hec interim apoſtolos ⁊ diſcipulos docuit mo-
nuit ⁊ conſolata eſt: vtpote illa que repleta erat
ſpiritu ſancto pleniſſime in verbi conceptione: ⁊
que plus illuminata erat de diuinis: q̄ꝫ aliq̄ pura
creatura vnq̄ꝫ: ⁊ ideo tunc temporis ſol manſit q̄
ad ſui virtutem ⁊ fidem in virgine. De virgīe trā
ſiuit ſol xp̄s in libram: quādo vꝫ a virgine bene-
dicta matre ſua ſuiſq̄ diſcipulis videntibus ele-
uatus eſt in celum: actu .i. Tunc enim tranſiuit ad
libram: quando coram patre paſſionis ſue meri
tum cōtra primi preuaricatoris peccatum appen-
dit: oſtendit plus ſoluiſſe in pena: q̄ꝫ adam cōmi-
ſerat ī culpa: in cuius perſona inquit iob. 6. c. Vti
nam appenderentur peccata mea .i. grauitas pec
catoꝝ hominum: pro quibus patior ⁊ calamitas
ſcilicet pene quā patior in ſtatera: quaſi arena ma
ris. hec grauior appareret. De libra trāſiuit ī ſcor
pionem: quando corpus ſuum: qđ eſt eccleſia ty
rannorum ⁊ hereticorum perſecutionibus: quaſi
quorundam ſcorpionum aculeis pungi permiſit
qui primo per blandicias ⁊ promiſſionem: q̄ ad
tyrannos paganos per ſimulatam ſanctitatem ⁊
doctrinam quo ad hereticos: quaſi more ſcorpio
nis palpabant: ſed poſt veneno caude occidebāt
vt merito poſſet tunc illud dici. Increduli ⁊ ſub
uerſores ſunt tecum: ⁊ cum ſcorpionibus habi-
tas. 9°. de ſcorpiōe trāſiuit in ſagitariū ſol: qđ
videtur impletū tp̄e ſilueſtri pape ⁊ conſtantini:
qui primo introduxerūt eccleſie tēporalia. Vnđ
oriuntur iudicia placitationes diſſenſiones inter
clericos: quis eoꝝ videretur eſſe maior ad pa-
ſcendum oues chriſti: ⁊ eſt cauſa quare volāt ſa
gitte acute nunc ſupplicationum ad romanā cu-
riam: nunc accuſationū ⁊ diffamationē ad inferi-
orum iudicum audientiam: ita q plena eſt eccle
ſia aduocatis in omni cauſa ad defendendum in
iuriam: ⁊ ideo vſq̄ in hodiernum diem ſol ſtat ī
ſigno ſagittarij: puerbi. 25. Iaculum gladius ⁊ ſa
gitta acuta: homo qui loqtur contra proximum
ſuum falſum teſtimonium: ⁊ hi ſunt qui xp̄m ſpo
liant ⁊ predantur: ſi eſſet ita pauper modo: ſicut
fuit quando vixit in terra: nō eſſent tales placita-
tiones: nec tales inuaſores: quando eccleſia erat
paupercula querebant eam homines ditare ele-
moſynis: nunc quia diues eſt: querunt expoliare
⁊ ſagittare contumelijs detractionibus ⁊ preda-
tionibus ⁊ aliquando mortibus: vt merito poſſit
illud dici. 3. re. Secuti ſunt eum ſagittarij, ⁊ vul-
neratus eſt a ſagittarijs. Tranſibit autem ſol iſte
in ſignum decimum capricorni tempore anxp̄i.
Capricornus habet primam partē corporis ca-
prinam: ⁊ tunc ſol eſt in maxima elongatōe a no
bis: quia ī primo puncto capricorni eſt ſolſtitiū
hyemale. Vn̄ ſignificat antixp̄i tp̄s q antixp̄s ca
prinus dici poteſt: tum quia capra eſt animal val
de libidinoſum. Et de antixp̄o ſcribitur dani. 2.
q erit in cōcupiſcentijs feminarum. tum quia ca
pra generat edos: ⁊ filij ſui atq̄ ſeq̄ces hedi vo-
cantur: mat. 25. Statuet hedos a ſiniſtris: ⁊ tp̄e
antexp̄i erit ſol xp̄s: quaſi in ſigno capricorni: q̄r
videbatur quaſi maxime elongatus a nobis .i. ec
cleſia: ſed non durabit: quia ſtatim in capricorno
incipit ſol aſcendere: ⁊ xp̄s ſtatim occiſo antixp̄o
in cordibus ſuoꝝ fidelium refulgebit. .xi. tran-
ſibit ſol in aquarij ſignum: huius depingitur ima
go hominis tenentis vrnam ſubuerſam de qua
aqua pleno ore prorupit ⁊ ſignificat tempus p⁹
mortem antixp̄i: quod erit ad minus. 45. dierū
ſm̄ ꝓphetiā danielis. 12. vbi dicit. Beatus qui ex
pectat ad dies mille ducentos. Vtrū autem mun
dus plus debeat durare ⁊ quātū: eſt nobis igno
tum. In illo ergo tempore poſt mortem antixp̄i
pluet xp̄s gratiam ⁊ miſericordiam ſuam copio-
ſe ſuper illis: qui tunc erunt electis: qui predicatō
ne antixp̄i vacillauerant. Vnde xp̄s ſol erit quaſi
in aquario effundendo aquā gratie: ſm̄ illud eze
chie. 36. Effundam ſuper vos aquam mundam ⁊
mundabimini ab omnibus inquinamentis vr̄is
Vltra ſol tranſiens ad ſignum piſcium: ⁊ qn̄ ſol
ad ſignū piſciū peruenit tunc hyems recedit ⁊ in
choatur ver ſm̄ verſū. Cedit hyems retro cathe

drato ſimone petro: quo die ſol eſt piſcibus. quo
tempoꝛe radices herbaꝝ ⁊ ſemina ſub terra latē
tia pꝛius incipiūt exurgere: ⁊ terra incipit aperiri
⁊ pandere que occulta tenebat: ⁊ ſignificat tēpus
⁊ ſtatum vltimū reſurrectionis coꝛpoꝝ humano
rum: quando terra ſe aperiet ⁊ reddet luci coꝛpo
ra ibi abſconſa: ⁊ tunc erit chꝛiſtus ſol: quaſi ī pi
ſcibus quando veniet ad iudicandū cum apoſto
lis piſcatoꝛibus ſuis. Et tunc implebitur illa pa/
rabola mat. iz. Simile eſt regnum celoꝛum ſage/
ne miſſe in mare ⁊ ex omni genere piſcium cōgre
ganti: quam cū impleta eſſet: educentes elegerūt
bonos in vaſa ſua: malos autem foꝛas miſerunt:
ſic erit in conſumatione ſeculi: abachuch. i. Faci
homines vt piſces maris. Et ſicut in fine piſciuꝫ
eſt ipſum oꝛiens: qd dicitur caput arietiſ: vbi ſol fu
it pꝛimo creatus: et vbi ſtabit poſtea in perpetuū
nec mouebitur vltra circa terram: non faciens oꝛ
tum nec occaſum: ita ⁊ ſol iuſticie xp̄us in medio
ſtabit electoꝝ ſuoꝝ ſine fine: ⁊ tunc delectabile
erit oculis videre ſolem. eccle. 6. ⁊ ſol ⁊ luna. i. ec/
cleſia ſteterūt in habitaculo ſuo. abachuch. 3. Ec
ce diſcurſus ſolis xp̄i per vnū maximū a pꝛinci/
pio mundi vſqꝫ in fineꝫ per. iz. ſigna celi. i. p duo
decim ſtatus eccleſie militantis: vt veniat ad tri
umphantem.

## Quintum medium in

q̊ de⁹ operatur ſaluteꝫ terre. i. hoīs, eſt mediū vir
tuale: ⁊ in alijs medijs operatus eſt deus ſaluteꝫ
in generali. per hoc autem vltimū operatur ſalu
tem in, quolibet ſingulari. ſ. vbi eſt medium vir
tutis. mat. 18. Ubi ſūt duo vel tres cōgregati ī no
mine meo. i. aliqui habentes duo pꝛecepta chari
tatis vel fidem viuam trinitatis congregati ad q̄
rendam ſalutem ſuā: qd includitur in nomine ie
ſu. Ego ſum in medio eoꝝ ad dandū ſaluteꝫ. Uir
tus enim que neceſſaria eſt cuilibet in particula/
ri conſiſtit in medio. Unde dicit ſapiēs: q virtuſ
eſt mediū ab vtroqꝫ extremoꝛum participatum
Exēpli gratia. Liberalitas eſt virtus cōſiſtens ī
medio: extrema eius ſunt auaricia ⁊ ꝓdigalitas.
auarus ē nimis retentiuus: ꝓdigus ē nimis emiſ
ſiuus pecunie: liberalitas autem de vtroqꝫ parti/
cipat ſed debite: nam eſt retentiua: ſed non inde/
bite: vt auaricia: ſed ſm q debet: ⁊ ē emiſſiua pe
cunie: ſed non inoꝛdinate: vt ꝓdigalitas: ſed qn̄
debet. philoſophus in ethicis diffinit: q virt⁹ mo
ralis ī medietate cōſiſtit: ꝓpter qd poeta ait. Me
dio tutus ibis. Et alter. Mediū tenuere beati. et
ber. Tene medium: ſi non vis perdere modum.
ſcilicet debite operandi. ⁊ hoꝛatius. Eſt modus
in rebus: ſunt certi deniqꝫ fines. Quos vltra citra
nequit conſiſtere rectum. Et Iſa. dicit. Hec via
ſcilicet virtutū ambulate in ea: quia ducit ad vi/
tam: non declinetis ad dexteram per exceſſum
nec ad ſiniſtram per defectum. grego. 3i. moꝛa.
Idcirco dei filius inter nos homo factus eſt: vt n̄
ſolum nos ſanguine fuſo redimeret: ſed etiam ex

oſtenſo exemplo cōmutaret. in conuerſatione no
ſtra alia inuenit ⁊ viuendo alia docuit. Stude/
bant homines ſuperbi adam ſtirpe geniti ꝓſpe/
ra vite pꝛeſētis appetere aduerſa deuitare oppꝛo
bꝛia fugere gloꝛiam querere. incarnatus domin⁹
aduerſa appetens gloꝛiā fugiens: vt ſ͛ doceꝛꝫ nos
ſemper virtuoſe operari: vt ſalutem conſeq̄mur:
frequenter dn̄s ieſus in medio ſe poſuit. Lactan/
tius in. 4. inſtitu. Diſcant homines ⁊ intelligant:
quare deus ſummus cum legatum ⁊ nuntium ſu
um mitteret ad erudiendū plebē pꝛeceptis iuſti/
cie īmoꝛtalitatem voluerit cū carne indui ⁊ cruci
atu affici ⁊ moꝛte mulctari. Nā cum iuſticia nul
la eſſet in terra: doctoꝛem miſit quaſi viuam le/
gem: vt nomē ac templum nouū conderet: vt ve
rum ⁊ pium cultū per oēm terrā ⁊ verbo ⁊ exem
pliſ ſeminaret: ſed tn̄ vt certum eſſet a deo miſſū
non ita naſci opoꝛtuit: ſicut homo naſcit̄ ex moꝛ
tali vtroqꝫ cōcreatus: ſed vt apparet in homine
illum eſſe celeſtē: creatus eſt ſine opera genitoꝛis
habebat ſpiritalē patrē deū: ⁊ ſicut pater ipſ̄us ei⁹
deus ſine matre: ita mater coꝛpoꝛis eius virgo ſi
ne patre. Fuit igitur deus ⁊ homo inter deum ho
minēqꝫ medius cōſtitutus: vt hominē ad deū ꝓ/
ducere poſſet. i. ad moꝛtalitatē quaſi deus tn̄ fu
iſſet exempla homini pꝛebere nō poſſet virtutis
ſi hō tn̄ nō poſſet hominē ad iuſticiā cogere: niſi
auctoꝛitas ⁊ virtus maioꝛ homine accederet. In
natiuitate in medio bꝛutoꝝ: in tēplo ī medio do
ctoꝛum in cruce in medio latronū: in reſurrectio
ne in medio diſcipuloꝝ: vt patet in euangelijs. ¶
Primū mediū innuit pꝛudentiā: nā duoꝛum ani
malium inter que natus dicitur poſitus: iuxta il
lud. In medio duoꝛum animaliuꝫ innoteſceris.
Aſinus ſignificat nimiam ſimplicitatē ſeu ſtolidi
tatem: bos ruminans ⁊ moꝛoſus nimiā ſapientiā
ſed quia vtrūqꝫ extremū vitioſum: ideo xp̄s nō
ſtetit ſub aſino vel boue: ſed in medio: quia in v͛
tute pꝛudentie reperitur: que nec ſibi nimis acqe
ſcit nec nimis credulus eſt ⁊ incautus. Secundū
medium inſinuat iuſticiam. Nam doctoꝛes illi ī
templo in aliquibus erant nimis iuſti. i. ſeueri. vt
in decimando rutam ⁊ anetum ⁊ omne olus: vt
xp̄s inuehit cōtra eos: in alijs nimis remiſſi. vn̄
xp̄s dixit eis. Que grauioꝛa ſunt legis relinquitiſ
vt mandata: ſed xp̄s in medio ſe locat: quia in iu
ſticia. Tertium medium eſt temperantie. vn̄ xp̄s
in cruce per quā homo ſe temperātia moꝛtificat
quaſi crucifigens carnem ſuam in medio latronū
poſitus fuit. E quibus qui a ſiniſtris erat: nimis
compatiēs coꝛpoꝛi ſuo nolebat pati: ſed liber eē
a pena: alter quaſi ſibi auſterus non curans de pe
na ſua: ſic aliqui ſunt intemperati: qui nil mali et
auſteritatis volunt in coꝛpoꝛe ferre: ſed delitiari
hi cōiter repꝛobi. aliqui licet boni nimis ſibi auſte
ri ſunt indiſcrete affligentes ſe: ſed xp̄s in medio
inuenitur docens: vt ſcilicet caſtigati ⁊ non moꝛ/
tificati exhibeant coꝛpoꝛa ſua hoſtiā ſanctā deo
viuentem. vt ait apoſtolus ro. iz. Quartum ē me

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

medium fortitudinis: reſurgens ieſus ⁊ diſcipulis apparens: ſtetit in medio eoꝝ. io. 20. Ex his diſcipulis aliqui vel aliquando videbantur ⁊ erāt nimis timidi: quod patuit: quādo relicto eo fugerunt: ⁊ ſic in naui qñ clamauerūt dicentes: quia fantaſma eſt. mat. 14. Aliquando vel aliqui videbantur preſumptuoſi ⁊ audaces: vt petrus: qui dixit. Etiā ſi oportuerit me mori tecum non te negabo: xp̄s non ſe poſuit iuxta petꝝ vel alium: ſed in medio vt diſcamus fortes eſſe non audaces ⁊ preſūptuoſos nimis de nobis confidētes: q2 tales ſunt primi ruentes: nec nimis timidi dimittēdo aggredi ardua ⁊ bona opera. Sic igit̄ opat̄ ſalutem in medio virtutis.

¶ De virgine maria per modum doctrine. c. 3.

## Omnis gloria eius fi

lie eius ab intus in fimbriis aureis circūamicta varietatibus: ps. Filia regis fuit virgo maria: quia regali ex ꝓgenie maria exorta refulget: ſed ſpūaliter filia regis eterni: non ſolum per creationem: ſed per adoptionē gratie ſuper oēs alios ſanctos. Unde de ipa intelligitur dictum. Oīs glīa ei⁹ ⁊c. vbi tria vidēda ſūt. ¶ Primo ſublimitas ſingularis: ibi. Omnis gloria eius fi. re. ¶ 2° ꝓbitas virtualis ab intus in fimbriis aureis ¶ 3° pluralitas priuilegialis: circumamicta varietatibus.

## Quantum ad primum

gloria aliquoꝝ eſt ⁊ laudantur de bonis nature: aliquoꝝ gloria de bonis gratie de quibus laudātur: alii laudantur de bonis ſuperne: alioꝝ eſt gloria de bonis fortune. Uerum huius virginis glorioſe oīs gloria eius que eſt per excellentiā filia adoptiua regis eterni. abſolon ⁊ rebecca multū laudant̄ de pulchritudine licet omnis gloria ei⁹ quaſi flos feni. Iſa. Gloria iſta non deficit. i. ī maria. Tota pulchra es ⁊ macula non eſt in te ⁊ pulchra vt luna: canti. Et optime in naturalibus cōplexionata: qd̄ multū iuuat ad bonitatem: de bonis gratie ait apl̄us. Gloria noſtra eſt teſtimoniū cōſcientie noſtre. Omnis virtutis gloria ē in maria: de omnibus. n. laudatur ſup oēs ſanctos: Unde dicit eccle. 24. Et radicaui in populo honorificato: populus honorificatus a deo ⁊ hominib⁹ ſūt virtuoſi. ſapientie. Magnificaſti populū tuū. ſ. tu dñe deus ⁊ honoraſti. vbi ergo terminatur oīs virtus ⁊ perfectio viatoꝝ: ibi ⁊ radix: que eſt principium arboris inchoat virt⁹ marie. De bonis glorie: ps. Gloria hec eſt omnibus ſanctis eius. Et in plenitudine ſanctoꝝ ait maria: detentio mea. i. in plenitudine glorie beatoꝝ ego detineor: vt glorioſior oībus ſm̄ hiero. Inter bona fortune connumeratur fama ⁊ laudatio: omneſq; glorie attenduntur ad ſtudia. Et licet ſancti ⁊ permaxime beata maria nō querant: ſed fugiant iſtam gloriam ⁊ querunt gloriā dei: iuxta illud mat. 5. Luceat lux veſtra ⁊c. tm̄ q̄to magis fugiunt: tanto magis deo operante glorificantur ⁊ laudant̄: oīs igitur gloria eius. Unde ipa ꝓphetās de ſe ait. Beatam me dicent oēs generationes: qd̄ tractās dn̄s Io. do. cardi. ſuper magnificat. Ecce. n. ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Uox eſt non dubitantis: ſed affirmantis ⁊ demonſtrantis: ſic Io. cum dixit. Ecce agnus dei. Fuit aūt certificata de hoc futuro per triplicē viā: per quā pōt ſciri aliqd ¶ Primo per rōem diſcurrentē. ¶ 2° per teſtificationem cōpetentē. ¶ 3° per experientiam ſufficientem.

## Per rationem quidem

diſcurrentem primo probatur ſic: quia ratio preteriti ſciri futura facit. Dicat ergo ſic beata maria Me fecit caſtiorem vniuerſis: me direxit in omnibus agendis. me preſeruauit ab oībus illicitis: me fecit in templo admirandam ſodalibus ſtupēdam ſacerdotibus: me maritauit ſtupentibus cūctis populis. me fecit verecundam ſpiritibus angelicis: ergo preponet me predicandā ⁊ venerandam oībus generationibus. Iſte inq̄ꝫ diſcurſus ꝯñam format: habet ꝓ medio q̄ deus fecit omne opus perfectū ⁊ valde bonum: niſi ipm opus perficiendū habeat liberum arbitrium: ⁊ taliter opifici cōtradicat: q̄ ſub obſtetricante manu ſua egrediatur coluber tortuoſus: ſicut in angelo primo per Iob narrat ſp̄us ſanctus: cuius oppoſitū in ſe erat experta. i. totum fuerat ſibi notum cum pluribus partibus: q̄s referre longum foret ⁊ impoſſibile. Ratio autem ſolum per enthimema ꝓcedit ⁊ ꝯñam. Ad hanc certitudinem etiā arguit̄ a ſimili: q̄ non tenet infimū locum in argumētis. Argumentū autem dicitur a ſimili per figuram: ſed eſt a maiori ꝑ naturam. Et ſic ait. Si edito ſexto. ſ. filio aſer: iacob moriente interpretatur panis pinguis prebens delitias regibus: q̄to magis beatam me dicent oēs generationes: que humilis ancilla peperit ⁊ concepit perfectū: ſic numer⁹ ſenarius nōt xp̄m: qui ſexte dat initiū etati: ⁊ ē verus panis viuus: qui de celo deſcendit. Cōſequētialiter iterꝝ arguit ſic. Ego ſum tota deifica: ergo beatam me dicent oēs generationes: dictum eſt notum: quia vt ſupradictum eſt: in ipa habitabat plenitudo deitatis corporaliter. Sequela autem patet: cū nō ſolum oīs hō: ſed oīs creatura deum benedicat: iuxta illud pſalmiſte. Benedicite oīa opera dñi dño. Sillogiſtice tandem ſic. Omnes ſaluati benedicant eos: per quos principaliter ſaluabuntur: ſed per filium meum ⁊ me de omni generatione ſaluabuntur: ergo beatam me dicēt cū filio meo oēs generationes. Maior eſt nō ꝑ viā gratitudinis ſancte. Et minor patet multipliciter ¶ Primo quia dedit carnem: per cuius paſſionem ſumus liberati. ¶ 2° exemplū viuendi ex oī generatione aliqui ſunt ſaluati ⁊ ſaluabuntur ſicut continua miracula ſua demonſtrant. Sciebat ꝓptea



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcđo hoc ipm per teſtificationē ꝯpetentē. In ore enim duoꝝ vel triū teſtium ſtat omne verbum. Nec obſtat ꝙ duo vel tres vel etiam mille ſimꝉ concordes in malum teſtificantur falſum contra ſanguinē iuſtum: ſicut factum eſt contra naboth in veteri teſtamento ⁊ cōtra chriſtū in nouo: licȝ enim ciuiliter patiatur tueri: qui iuſtū tanꝙ reuȝ damnat ad mortem: duobus vel tribus teſtificātibus coram deo vero eſt culpabilis: niſi alij teſtes eum condemnent ꝙȝ duo vel tres homines: qui reputari debent ꝓ vno: ſi etiam forent mille. Eſt ergo teſtis vnus hō ſpecifice: qui dicitur accuſare ⁊ teſtificare ſuā teſtificatōnem fore legitimam: ſine qua male iudex ꝓcedit in cauſa. ¶ 2ᵘˢ teſtis eſt veritas ipſa enucleata ⁊ cōprobata: que quidem miniſterio angeli in lucem ꝓcedit a ſpū ſancto: ⁊ ſic ſunt duo vel tres. i. hō qui accuſat: et ſuam accuſationem conteſtatur. Scđus veritas qui eſt angelus vel ſpiritus ſanctus: vnuſ vꝉ duo ⁊ dicitur diſiunctiue: qm̄ ad veritatem ꝓbādā ipius ſufficit alter ipoꝝ. ſ. ſpūs ſanctus vel angelus. De his duobus vel tribus loquitur xp̄s ꝓut eſt veritas ſm̄ mat. vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi ſum in medio eoꝝ: taliſqȝ cōcordie ſi efficaciter annuit eſſe. Ad hunc ſenſum iubent leges tam canonice ꝙȝ ciuiles ſubtiliſſimā ⁊ prudentiſſimā examinationem fiendam: preſtita ſi dubitatur de vita vel fama aut teſtiuȝ culpis cautione: hoc modo ſacra virgo maria certificata ꝑ angelum dicentem. Benedicta tu in mulieribus ꝙ eſſet ab omnibus generationibus benedicenda: mittitꝛ ad helisabet: ꝙ id dicat eidem: quod ⁊ fecit. Benedicta tu inquiens inter mulieres: certificauit angelus: qui mentiri non poteſt: certificauit ⁊ homo que ꝓpheta veritatis gerebat: certificauit ⁊ ſpūs ſanctus: qui in vtero ſermonem formabat: ⁊ in ſcriptura ſacra illas notauerat: que benedictōes portauerat ſub figurl. Sancti viri veteris teſtamenti: q̄ſi ſtelle veri ſolis premonſtrabant ortum ⁊ vitam: ſic oēs mulieres quōlibet laudibus attollantur: marie virginis figurabant virtutes ⁊ eius mores prefatos. Nam benedicta fuit in tua benedictione generationis materne Illa. n. femina mater fuit cūctoꝝ in terra viuētiū Beata virgo mater eſt omniū in celum aſcendētiuȝ: matrimoniū replet terram: virginitas marie replet celum. Benedicta quoqȝ ē in ſara: que peperit riſum iſti preludens: que gaudium genuit vniuerſo mundo. prefigurauit rebecca prudenē vendicans benedictōem Jacob: cū vellet Iſaac eſau benedicere marie benedictionē: ſub qua reprobato antiquo populo hebreoꝝ: populus xp̄ianoꝝ benedictionibus eſt repletꝰ. Actiua lya cui ſeptem aſcribuntur filij nati vitā totā actiuā preſcripſit marie: que per ſeptenariū numeꝝ integratur. Inter cuius opera vt minus deſcribitur perfectum mortuos ſepelire: quod a xp̄o non nominatur cum in iudicio de his examinat iudicādos ſicut illa inter. 7. edidit dinam. Speciosiſſima

rachel contemplatiuam predicat virginis matriſ que pariter augmentum virtutū in ioſeph: ⁊ dolorem ſeu tedium vite preſentis in beniamin matricida. In aſtenez aut phutiphanis ſacerdotis helioploleos: ſcimus mariam ex progenie ſacerdotali ⁊ regali: que illum conciperet qui rex erat ⁊ ſacerdos ſm̄ ordinez melchiſedech. In hac cātatrice maria cantauit maria ſoror moyſi infernali iam pharaone ſubmerſo: cuius canticum cātatur illud. Magnificat anima mea dñm. Mitiſſimi ꝓphete coniunx dilecta: inſepatum matrimonium inter luciſiſſimū deū ⁊ abominabilem humanam naturam: que tamen formoſa fuit: in maria ſignificauit: ipa alibi dicente. Nigra ſum: ſed formoſa filia. cāti. i. Thamar iuſtior iuſto inauditum a ſeculis partū dicit: quā defendit apud multos ſuſpectos anulo matrimonij cōtracti cuȝ ſene armilla pudicitie cōprobante ⁊ virga poteſtatis diuine: qui hoc predixerat de ꝓphetis futurum. Raab non meretrix: ſed honeſta ſtabularia: ſicut littera docet hebraica: liberatricem populi non ſui: ſed ſui futuri: preſignificat glorioſaȝ mariam. hec paradiſi portas patefecit: ⁊ cum delbora ſceptrum populi tenet electi contra hoſteȝ antiquum: quem clauo iael prudentia ſyſaraȝ necauit. Annūciat angeluſ in anna ſanſonis virginiſ parium: quam venuſtam inſinuat noemi ſic interpretata. Et angelꝰ ruth matrimonio iūgit booȝ veterano ſcilicet ioſeph michol a dauid dilecta ſpeciali decore aſpectum in ſe trahit diuinum: ⁊ liberat iam deſiderabilem ad egyptum deportans. Abigail humilis dicit. Ecce ancilla domini fiat mihi ſm̄ verbum tuum. Abiſach antiquum dierum ſuo fouet in ſinu: quem ſolo lactet vbere de celo pleno. Anna que gratia interpretatur votum virginitatis per matrem ſamuelis: bonū maritalis ſocietatis per eam. que fuit tobie: ⁊ donuȝ in deum intente viduitatis in veterana ꝓphetiſſa mariam plenius declarauit. Berſabee: fons ex qua oritur illa ſapientia: que eſt maior ſalomone prius tamen ſanctificata: ⁊ finem ponit legi date in igne deſerti. Uria occiſo dum leges ſeruat: que maria vetuſtate abdit ⁊ ad regē regū tranſit: ſub quo fulget lex libertatis ⁊ gratie. Ecce peccatoꝝ interuentrix potentiſſime thecuites: que non patiatur repulſam inter ioab ⁊ dauid pro peſſimo. ſcilicet abſolone. Sagaciter deniqȝ quis promiſit iudith fortitudinē. heſter notauit iuſticiam rectitudinem ⁊ potentiam ꝓ ipſius effectu. Si cupis potenter videre contra eos qui detrahunt ſue bonitati ⁊ maculare ſatagunt puritatem. Ecce noua ſara: cuius ſeptē amatores nō caſti a demone ſūt necati: ſi charitatis viſcera paupertate deſiderantur: copioſa in ſaraptena vidua helias iſtaȝ requirit. Et heliſeus inſinuante deuotionem ⁊ fidē in filij ſuſcitatione veneratur mariam: completa ad omnia vaſa vacua que ſibi marie fuerint oblate: innuit mulier illa: cuius vir erat mortuus: ⁊ filij creditores duo remanſerant. Uidimꝰ roſam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

paradiſi.30.folijs integratam: ⁊ totidem odori/
bus predoratam :preter illa que intrinſecus: vt
dici poſſit:quaſi plantatio roſe in hiericho:eccle.
24.Certificatur quis tertio per experientias re/
rum in gratiam. Quis eniz valeat dubitare quin
hec virgo plena deo:cui omnia nuda ⁊ apta ſunt
in ipſo verbo quod gerebat ⁊ in pectore gerebat
in mente futura cuncta viderit. Et aperte agens
ſiquid indiſpoſitum agit indubie:⁊ ſuam formā
inducit. Caz dubitabile eſt ꝙ virgo grauida dei
ſcinerit futura ꝙꝫ dubitare ꝙ angeli deo preſen/
tes:qui omnia vident videant vniuerſa. Nā nec
iſta virgo erat remotior:qui ī eo eſſētialiter erat
de anima ſua fecerat celeſtē aulā paradiſi:nec mi
nus illis diſpoſita:que per maiorem gratiaz poſ/
ſidebat deum ꝙꝫ ipſi. Ecce agens diſpoſitum ad
agendum:quod illuminat omnem hominez ve/
nientem in hunc mundū. Et ecce diſpoſita ſtella
que tante lucis recipiat radios fulgentes:que qui
dem eclypſim pati non poteſt:cum nil interueni
at medium inter agens ⁊ paſſum:nimirum ante
conceptum tanti ſplendoris magis videbat ꝙꝫ ce
teri viatores:eo ꝙ eſſet diſpoſita magis: nec ali/
quid ignorat quodāmodo fons ſapientie facta:
Quatuor enim actus viatorem diſponunt ad cla
rius intuenda.

**Primuz eſt caſtitas et**
puritas hominis verius:quia non introibit ſapiē
tia in maliuolam animam ⁊c̄.ſapientie primo:ſꝫ
tranſfert ſe in animas ſanctas:ſapientie.7.

**Secūdū obediētia ve/**
ra ipſo dicente. Siquis voluerit voluntatem eiuſ
facere:qui miſit me:ſciet de doctrina mea et ce/
tera. Jo.7.

**Tertiū eſt doctrine ſan**
cte in gratia paupertas voluntaria:que in monte
locat petrum iacobum ⁊ iohānē:vt in gloria ſua
videant dn̄m cum ꝓphetis.

**Quartum humanitas**
ſm illum mat.ii. Abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊
prudentibus ⁊ reuelaſti ea paruulis. Sed ꝙ iſta
ſint virginis matris patet. Quis enī narrabit obe
dientiam ſuam:que etiam quinquennis ⁊ ante ſe
totam regendam ſubiecit. Pollebat quo ad ſecū
dum tanta puritate:qua maior ſub celo nequit ī
telligi. Paupertatem etiam regie virginis in par
tu peregre conſtitute. Quo ad tertium tantaz vi
de:ꝙ pro tanto filio agnum non valens offerre
par turturum vel columbarum obtulit:luc.2.
Humilitas autem eius quo ad quartum deū tra
xit de celis:ſed iſtud proſequendum in ſequen/
ti parte.

**Probitas virtualis eiuſ**
notatur ibi:ab intus in fimbrijs aureis. Funda/
mentum ſiquidem omnium virtutū humilitas ē
ſm hiero.⁊ cōplementū charitas:que eſt vinculū
perfectionis.col.3. Primum notatur in maria:ibi
ab intus. Eſt enim vera hūilitas ab intus:nō ab
extra. Conſiſtit enim ſm ber.in vera ſui ipſius co
gnitione ſibi vileſcens ex ea.vn̄ ⁊ xp̄s dicit mat.
.ii. Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis corde
nō dicit corpore:ſed corde quod eſt ab intus.

**Prima marie virtus.**
ait ambro.fuit humilitaſ.vnde ⁊ ipſa ō hac ſingu
lariter glīat dicens. Quia reſpexit humilitatē an/
cille ſue. Exēplo ꝟgīs tante rōne quilibet utens
diſtet ab ea ſe hoīem eſſe nō deū: vbi dea facta:
immo deifera:cū ſubderet humiliter deus,dixit:
Ecce ancilla dn̄i.fiat mihi ſm ꝟbū tuuz. Et hoc
quia reſpexit humilitatem ancille ſue. Sciat vn⁹
quiſqꝫ ſe non eſſe ſaraph:exēplo marie:quo cha/
ritas immobiliter manet:⁊ nō preſumit de amo
re cepto:cum ipſa iuxta crucez manens fuerit ab
ſoluta a ioſeph ⁊ amorem vnigeniti patiēter trā
ſtulit in euangeliſtam Jo.quem patienter recepit
in ſuum crucifixo iubente:loco tanti xp̄i dilecti:
videant omnes ſtellam maris mariam:ſe nō ha/
bere ſapientiam cherub proficientem :cum poſt
triduum in templo reperto filio coram omnibus
dixit. Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce ego ⁊ pater
tuus dolentes ⁊c̄.luc.2. Thronoꝝ quoqꝫ iuſtici
am non eſſe nec habere eſt profeſſa :quando fi/
lio dixit in nuptijs:vinum non habent auditura
extemplo. Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier:nondum
venit hora mea:a dominationū ſpeculatione ſub
limi alienam ſe monſtrauit cum angelo ſeruo ſuo
diſputans ⁊ dicens. Quomodo fiet iſtud quoniā
virum non cognoſco:luc.i. Virtutum auctorita
tem ad facienda miracula ſe negat habere:cum ſi
ne dubio requiſita per ſeruos:vt deficientis vini
ſuppleret eximos defectus rn̄. Quodcūqꝫ dixerit
vobis facite. Jo.2.quoniam mihi facere miracu/
la:ſupple non incumbit. Et ſe longe fore mōſtra
uit a potentia poteſtatum in arcendis demonib⁹
cum in preſenti ſeculo migratura:ne demones vi/
deret ſuppliciter poſtulauit:ſi cupis noſce ꝙꝫtum
cum principibus ſe principiſſā pntaret:ꝙꝫ ꝙꝫ eſſet
regina mundi:ancillatus officium etiaz in domo
heliſabet:cui parienti ſeruiuit plenius intuere: ⁊
quia ad archangelos nouerat loquele pertinere
virtutē velut elinguis raro loquebatur:⁊ partum
apud ſe conſeruans omnia verba diuina confe/
rens in corde ſuo:luc.2. Joſeph aūt caſtiſſimum
virum velut ſui cuſtodem exteriorem nunꝙꝫ de
ſeruit:quocunqꝫ pergeret neceſſitate compulſa:
non cupiditate vagandi:ne ſibi vſurparet angelo
rum officium:quo inuiſibiliter creaturas cuſto/
diunt ſibi commiſſas:ſed nec iſto gradu conten
ta minus homine ſe dixit:⁊ exhibuit ancille no/
men:imponens ⁊ opus:ſicqꝫ factum eſt vt cū ne
gauit ſe eſſe quod non erat:ex ſe facta eſt talis ac
tanta:qualis mens non capit creata. Unde autez

iſta ita hominem locat⁊ſita eſt ſupra choros oim
ſpirituum beatorum. Et huiuſmodi potentie nul
la creatura reſiſtere poteſt: nec vult reſiſtere de⁹
ſue vehementiſſime charitati: ardentia ſeraphin
non equantur. Excedit quoqꝫ lumen: quãuis om
nem noticiam cherubin: ⁊ ſua miſericordia thro
norum ſuperat equiſſime iuſticie tenacem rigo/
rem: de qua ſpeculatione dominationem luſtrã
tur ⁊ virtutes eius imperio obſequuntur ad nu/
tum. Tentate ipſius contra demones poteſtatum
vires fiunt robuſte anime: ⁊ non ſolum vni pro
uincie vel regno: ſed totius machine mundialis
in celo in terra ſimul ⁊ abyſſo vniuerſali preponi
tur monarchie. Sumunt archangeli verbum de
verbo ſuo: etiam angeli in tanto ſpeculo bractice
noſcunt ad quid debeant dirigere ſubditos eis.
Sic ergo omni homini viuenti eſt norma ſine ỏ
fectu: dicens ſe ancillam. Quia ergo inclyta humi
lis mater ⁊ virgo erat digna mater dei iuſte ele/
cta a iuſtiſſimo deo: ſi dixiſſet ſum digna mater
vnigeniti dei falſa veritatem fuiſſet: ⁊ humilita/
tem non ſeruaſſet: ſed quia decebat eam excellẽ/
tiſſime cunctas habere virtutes: ⁊ in ipſis tranſcẽ
dere cunctos etiam angelos: ſe humilem fatetur
⁊ ancillam dicens. Reſpexit humilitatem ⁊c. Tã
ta deniqꝫ humilitate nullus vſus eſt angelorum.
Interrogantibus enim quod eſſet nomen ipſius
Rñ. Cur queritis nomen meum: quod eſt admi
rabile: neqꝫ ille qui dixit. Sũ azarias ananie ma/
gni filius: qui ſui magnum conceptum in mentis
conceptu formauit: non ſimili vſi ſunt abraam di
cens. Sum puluis cinis. gen̄. 18. aut iob aiens.
Vent⁹ eſt vita mea: vel dauid proteſtans: ꝙ eẽt
canis mortuus ⁊ vnus pulex: ſiue baptiſta ꝗ fal/
ſus eſt ſe eſſe labilem vocem. Nam hi omnes di
xerunt id quod erant: ⁊ non minus: hec autẽ mul
to minus ꝙꝫ ſit. Quantum enim diſtat inter ſe re/
gina celorum ⁊ ancill: ⁊ domina angelorum ⁊
ancilla. Mater dei veritatem tamen dicit. Nam
licet virgo maria ex parte generationis fuerit ma
ter chriſti: tamen ſciens: quia filius eius erat ge/
nitor eius ⁊ vniuerſorum deus ⁊ dominus: non
ſe exhibebat vt matrẽ: ſed vt ãcillã: ꝙꝫꝙꝫ ille ver⁹
filius eam reueret̃ vt matrẽ: hec reuerẽtiã nõ req
rebat: ſed exhibitam renunciabat ⁊ exhibebat re
pulſam. ¶ Quampium erat videre iſtud certa/
men in ſecretis duorum filij ⁊ matris: illa preue/
nire volebat genuflexionibus ſibi genuflectente
ſed iſte cui futura erant preſentia: preoccupat re/
uerentia tali preuenire volentem. Illa genuflexo
filium adorabat: ſed ille ante adoratricem ſe hu
militer inclinabat. illa dicebat. Deus meus nõ de
cet deum femine inclinare: ſed ipſe reſpondebat:
tamen iſtud decens eſt matri filiuz ſubdi. Aiebat
illa: ſine me fili preceptum implere quod dixiſti.
Dominum deum tuum adorabis ⁊ cetera: ipſe ve
ro inferebat ſine ⁊ tu mater filium tuum ſuũ mã
datum implere: quo dixit preſcius incarnationis
ſue. Honora patrem ⁊ matrem: ne videant te an
geli: quem adorant coram muliercula proſtratũ
ſurge dilecte perſonabat maria. Et ne filij homi
num coram filio videant matrem inclinatam: ca
riſſima ſurſũ te eleua ĩtonabat ieſus fili⁹ ei⁹. Me
itaqꝫ deus ⁊ angeli ſi te non adorauero ⁊ ſuſtinu
ero quaſi adorantem. Et ego coram deo angelis
⁊ hominibus reprehenſibilis eſſem: ſi reuerentiã
non ſeruarem maternam. Talia profundioraqꝫ ⁊
omni ſpiritus mellita dulcedine verſabantur in/
ter filium matremqꝫ genitorem et genitricem. Il
la dicente: ꝙ ſaltem in occulto: vbi non videt niſi
pater celeſtis: a tali veneratione ſe abſtineret fili
us. Et illo reſpondente: ꝙ nil opertum: qđ non
reueletur. Iſte due concluſiones quas perſuadet
euidens ratio ſacre littere probant. Nam ꝙ fili⁹
eſſet matri ſubditus et reuerens teſtatur cum de
ipſa deinde loquitur. Deſcendit cum illis nazaret
⁊ erat ſubditus eis ideſt marie ⁊ ioſeph. Firmiſ/
ſime credo nunqꝫ filium ita honoraſſe matrem:
ſicut chriſtus virginem matrem ſuam: ⁊ ꝙ mater
ſumme veneraretur ⁊ diligeret filium. vnde cum
eo predicãte mater eius ſuperueniret expectabat
reuerenter audiens predicationem ei⁹. Fimbrie
auree deſignant eius perfectam charitatem. Au/
rum enim excedens omnia metalla in valore:
charitatez ſignificat omnes ſuperantem virtutes
in perfectione. Fimbria eſt extrema pars veſti/
menti. veſtimentum quod circũdat corpus eius:
ſignificat conuerſationez eiuſ: que videtur ab ho
minibus: nam interior diſpoſitio videri non põt.
Ad hunc intellectum dicebat apoſtolus ro. 13. In
duimini dominum noſtrum ieſum chriſtũ ideſt
ſequimini conuerſationez eius. Fimbrie ergo ve
ſtimenti virginis fuerunt auree: quia etiam mini
ma opera eius hec ſunt fimbrie: fuerunt plene ꝑ/
fecta charitate. Minora opera dico in ſe: que ſci/
licet deſeruiunt corporis neceſſitati: vt comeder̃
dormire laborare manibus ⁊ huiuſmodi. Ex hiſ
poteſt dici in operibus magnis: vt in orationib⁹
contemplationibus ⁊ huiuſmodi: ꝙꝫ fuerit excel
lens charitas eius: exultauit inquit ſpiritus me⁹
in deo ſalutari meo ideſt extra ſaltauit per exta/
ſim. Diuinus enim amor extaſim facit vt dio. ait.
Totam enim incanduerat diuinus amor ardor
continuus ⁊ ebrietas perfuſi amoris: vt nihil eſſꝫ
in ea quod mundanus violaret affectus: ⁊ ſic fim
brie que ſunt iuxta terram non tangebant terrã
ſed auree ideſt libere ab omni mundano amore
opationes etiam eius circa corpus verſantes.

## Pluralitas priuilegio/

rum notatur in eo cum dicitur: circumamicta va
rietate: ſiue intelligatur de veſtimento de varijs
coloribus contexto ſiue varijs pluribus veſtimẽ
tis induta. Plura vtiqꝫ ⁊ varia ⁊ ſingula priuile/
gia reperiuntur in virgine maria: que non ſunt in
alijs ſanctis: ex quibus deprehendit omnis glo/
ria eius. Et ſunt duodecim ſignificata per duode

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cim ſtellas corone: quam vidit Jo. in apoca. c. 12 In capite mulierum habere dicit. Signum magnum apparuit in celo eccleſie militantis ⁊ triumphantis. mulier amicta ſole ⁊ luna ſub pedibus eius: quia omnis defectus ſub ea eſt: nullus habet in ſe vel mundus ſub ea: vt regina mūdi. Corona duodecim ſtellarum ſunt duodecim varia priuilegia: quibus circumamicta eſt varietate.

Primum fuit: quia extat multipliciter preſignata non ſolum in mulieribus veteris teſtamenti de quibus dictum eſt: ſed etiam in alijs figuris ⁊ prophetijs. Hec enim eſt lux primo facta: hec fluuius paradiſi eccleſie ad irrigandum ligna fructifera eccleſie: qui extenditur in quatuor capita. hec archa noe: ex qua euaditur diluuium infernale: qui in ea permanere inuenitur per deuotionem. hec virgo moyſi: qua facta ſunt tot miracula. hec virgo aaron: que fronduit floruit ⁊ fructificauit ſine opere humano: virga enim ieſſe floruit: de q̄ Jſa. ii. Egredietur virga de radice ieſſe ⁊c. Hec virga regis aſſueri qua tangitur anima in ſignū clementie dei. hac virga percuſſus pauebit aſſur ideſt diabolus. Jſa. Hanc virgam portaret iuſſi ſunt a xpo ad predicādū miſſi. hoc lignū aquas amaraſ dulcorat: hec vell⁹ gedeoniſ hec thron⁹ ſalomoniſ hec ort⁹ cōcluſus ⁊ fōs ſignat⁹: de q̄ Jſa. 7. c. Ecce virgo concipiet. Et breuiter totum vetus teſtamentum plenum eſt figuris ⁊ ꝓphetijs eius. ¶ Scōm priuilegium eſt: quia plenius omnibus alijs in vtero ſanctificata: in cuius figuram ſanctificatum fuit tabernaculum domini ꝑ moyſen. Ego puto ait ber. ꝙ copioſior gratia ſanctificationis in ea deſcenderit: q̄ȝ in alijs ab vtero ſāctificatis: que totius vite conuerſationem immunem redderet ab omni peccato. quod nulli extat conceſſum. Nam alij ſanctificati in vtero matris: vt baptiſta ⁊ hieremias commiſerunt venialia ⁊ non mortalia. Hec autem ſm omnes doctores nunq̄ȝ venialia admiſit: ⁊ pie credi poteſt: ꝙ ea die qua fuit animata anima rationali: ea die fuit ſanctificata. ¶ Tertium priuilegium: quia ab archangelo glorioſe ſalutata. Aue inquit gratia plena: q̄uis multi in veteri ⁊ nouo teſtamento fuerint viſitati vel ſalutati: ⁊ ſi angelus gabriel etiā zacharie nunciauit natiuitatem ex eo baptiſte: tamen timorem incuſſit ⁊ punitionem ſubdidit: faciens eum mutum. ¶ Hoc atū etſi ex inuſitata ſalutatione propter humilitatem eius primo exterruit: poſtea ſummo gaudio repleuit. Et opinio ē aliquorum ꝙ fuerit vnus de ſupremo ordine .ſ. ſeraphin ad annunciandum tantum myſterium. Nec obſtat ſi dicatur: ꝙ ex aſſiſtentibus angelis nullus mittitur: quia hoc verum eſt de lege communi: ſed ob cauſam ſingularem. Deus qui mutat leges ⁊ tempora ⁊ officia ad placitum de quocunq̄ȝ ordine mittere poteſt. Et quod maius nūtium eſſe poterat hac nouitate maxima. ¶ Nec obſtat ꝙ ſi dicatur archangelus: quia quo ad interpretationem etiam ſeraphin eſt archangelus interpretatur enim princeps angelorum. ¶ Quartū ſingulare priuilegium eſt: quia veritas increata ī ea eſt incarnata. ps. Veritas de terra orta eſt. i. in virgine glorioſa. terra per profundam humilitatem: hoc eſt illud nouum quod hieremias dixit dominum facturum ſuper terram: quia femina circumdabit virum: hoc eſt omnium nouitatum mundi maximum: quod nunq̄ȝ fuit nec amplius erit: femina que eſt terra de terra formata in ordine vel origine primo circumdabit non aliunde accipiet: niſi adeo virum non paruulum: ſed perfectum omni virtute ⁊ ſapientia: quia vnitū deo ſic enim ait hymnus. Quem terra pontus ethera ⁊c. ¶ Quintum quia cum ſummo gaudio filium parturiuit. Jſaie. ¶ Germinans germinabit letabunda ⁊ laudans: ſicut terra germinans fructus ſine ſui apertione imperceptibiliter: ſic virgo maria filium clauſa pudoris aula regis: et hoc letabunda. Alie etiam omnes cum dolore magno pariunt: hec peperit ſine dolore ſaluatorem ſeculorum vbere lactans de celo pleno: immo cum ſummo gaudio. ¶ Sextum priuilegium: quia ſimul mater ⁊ virgo. Quis vnq̄ȝ audiuit talia: vt virgo eſſet: ⁊ intacta generaret: Unde canit eccleſia. Gaudium matris habens cum virginitatis honore: nec primam ſimilem viſa eſt: nec habere ſequentem. De hoc ſolicita fuit interrogare: quando dixit angelo. Quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco: id eſt voui me non cogituram: quod angelus declarauit: quia mater ſimul ⁊ virgo eſſet de ſpiritu ſancto non ab homine concipiens. ¶ Septimum priuilegium: quia reſurgens primo ei apparuit: vt pie creditur: ⁊ teſtatur Ambroſius. Et ſi euangeliſte taceant: quaſi vt per ſe notum preſupponendo. Sed cū dubium eſt: quia non apparuit ei ī habitu tranſfigurato peregrini vel hortulani vt marie Magdalene ⁊ duobus diſcipulis euntibus in emaus propter incredulitatem eorum: ſed ipſa cum firmiter crederet reſurgentem: et ſciret deum eſſe omnipotentem: ⁊ ſolum in ea fides remanſiſſet ſecundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: conſolationes tue letificauerunt animam meam: ⁊ quia ſuper omnes doluit in paſſione filij: ſuper omnes fuit conſolata: cum apparuit ei reſuſcitat⁹. ¶ Octauum quia aſcendente chriſto remanſit magiſtra doctorum eccleſie apoſtolorum ⁊ euangeliſtarum. Unde dicitur actuum. i. Hi omnes erant perſeuerantes in oratione cum maria matre ieſu. Conuerſabatur inquit Hieronymus poſt filij ſui aſcēſionem cum ſenatoribus celi in ſchola virtutum ipſa de multiſ myſterijs informauit apoſtolos ⁊ euangeliſtas. ¶ Nonum priuilegium fuit glorificatio eius in corpore non ſolum in anima: vt dicūt auguſtin⁹ ⁊ ber. qđ ex eo poteſt elici: quia dicitur amicta ſole. Dicit enim xpus de iuſtis in vltima reſurrectione: ꝙ fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui: mat. 13. Amictus ergo ſolis eſt gloria

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

corpis ⁊c̄. multa circa hoc in legenda aſſumptionis. ¶ x^m. priuilegiū fuit ꝙ aſſociata a tota celeſti curia ī aſſumptiōe: in cuius figurā habetur. 2. R. ꝙ dauid reduxit archam: que ſignificat virginē mariam cum ſex choris in magna ſolennitate in hieruſalem: que ſignificat patriā ſupernaȝ: dauid eſt xp̄s. Credenduȝ eſt ait hieronymus in ſermone: ꝙ ipſe ſaluator per ſe totus feſtiuus occurrit: ⁊ eam in throno ſuo collocauit: ſex chori: ſex differentie beatorū. ſ. angeli, ꝓphete ⁊ apl̄i martyreſ confeſſores ⁊ virgines: quibus circundata ſuper omnes exaltata ¶ xi^m. priuilegium: quod eſt ſuperexaltata ſuper choros angelorum ſcilicet ſancta dei genitrix canit eccleſia. Unde eccleſia. 24. Ponuntur ſex exaltationes. ¶ Prima quaſi cedrus exaltata ſum in libano. Libanus interpretatur candidatio: ⁊ aperte ſignificat angelorū ſtatū qui ſemper fuerunt candidi puritate ⁊ ſine peccato. Sicut ergo cedrus in libano ē altior omni arbore: ita virgo ſublimior ē omni angelo. ¶ Secūda exaltatio: quaſi cypreſſus ī mōte ſyon. Syon interpretatur ſpeculatio: ⁊ ſignificat altum ſtatuȝ ꝓphetarū: ſub quo continentur patriarche: qꝛ geſta eorum fuerunt ꝓphetica: aſpiciebant per ſpeculum figurarū ⁊ nō clare xp̄i myſteria. Sicut ḡ in monte ſyon cypreſſus odorifera ſup alias arbores aſcendit: ita maria ſuper omnes ꝓphetas. Tertia ē: quaſi palma exaltata ſum in cades: ꝑncipalis victorioſi de mundo cū palma martyrij fuerunt apoſtoli eccleſiarū ꝑncipes belli triumphales duces canitur de ipſis: ſed maxima victorioſa ỽgo maria ſuper apoſtolos. ¶ Quarta quaſi plātatio roſe in hiercho. Roſa pulcherrimus floruȝ ē: ſed in ſpinis naſcitur: ⁊ ſignificat martyreſ inter ſpinas ortos tormentorum: ſuper quos virgo maria exaltatur. ¶ Quinta quaſi oliua ſpecioſa in cāpis: ſignificat, cōfeſſores operib⁹ miſericordie deditos: quos excedit. ¶ Sexta quaſi platanus ⁊c̄. que herba viriditatem ſemp retinet: ⁊ virgineſ vigorem ꝑfecte caſtitatis demōſtrat. ¶ xij^m. ꝑuilegium: qđ ē ſuper omnes venerata ⁊ exaltata ⁊ collaudata mirabiliter omnes deuotione afficiunt̄. ad oīa facientes multa ad honorem eius ⁊c̄.

¶ De multiplici mīa: quā accipimus a deo mediante virgine maria. c. 4.

## Suſcepimus deus miſericordiam tuā in medio templi tui. ꝑs.

Templum dei eē virginē glorioſam declarat eccleſia: cū de ea cantet. Beata es maria dei genitrix virgo: templum dn̄i ſacrariū ſp̄us ſancti. Et ī ſequentia quadam. Aue decus virginale: tēplum dei ſpeciale: nobile triclinium. Templum ē locus īmunitatis ⁊ ſecuritatis ita inquit ber. Securum acceſſum ad eum habes o homo: vbi mater ſtat ante filium: filius ante patrem: mater oſtendit filio pect⁹ et vbera: ⁊ ideo nulla poterit eē repulſio: vbi ſunt tot amoris inſignia. Templum ē loc⁹ ſūme venerationis. Uidete ait idem ber. q̄nto deuotionis affectu vult eam a nobis venerari ⁊ honorari: qui totius boni plenitudineȝ poſuerit in maria: vt ſiquid gratie ſiquid ſalutis in nobis ē: ab ea nouerimus redundare. Ad templū fit oblatio. Siquid autē o homo deo offerre deſideras: teſtatur ber. in manibus marie cōmendare memēto: quia manus eius mundiſſime ſunt: noſtre autem plene ſunt ſanguine: ⁊ ideo per manus eius non noſtras acceptabuntur. Deniqȝ ipſa virgo eſt prima poſt chriſtum in eccleſia triumphanti: q̄ ꝓcurat: vt regina heſter apud aſſuerum. i. deum ſalutem eccleſie militantis: ⁊ ſententias mortis reuocat ab īimicis a manu diaboli ⁊ ab alijs nos defendens. Per hanc multipliciter ſuſcepim⁹ miſericordiam: ⁊ in hac que ē templum dei: ſed precipue triplicit̄. Prīo ſuſcepim⁹. n. mīaȝ ſaluatoris per incarnationem. ¶ Secundo ſuſcepimus miſericordiam diſcretionis per eius cōuerſationē. Tertio ſuſcepimus miſericordiam ſubleuatiōis per eius interuentionem.

## Maxima miſericordia

deus fuit vſus erga nos. quia dignatus eſt īcarnari. Unde ipſa virgo in cantico ſuo ait. Suſcepit iſrl̄ puerum ſuū. i. ſeruū: qꝛ ſcilicet ſurſum accepit naturam humanam de iſrael deo viuendo: et in hoc recordatus miſericordie ſue fuit: quaſi plus oblit⁹ ante incarnationē. Iſtaȝ mīaȝ ſuſcepim⁹ in medio tēpli tui. i. in vtero virginis de q̄ īcarnat⁹ eſt. Quod ergo natura non habuit: vſus nō obtinet: ratio ignorauit: mens non capit humana: pauet celum: ſtupet terra creatura omnis etiam celeſtis: hoc totum marie per gabrielem nunciatur ⁊ per xp̄m adimpletur. teſtatur hieronym⁹ in ſermone. ī cuius figuram extat: qui in medio tēpli Salomonis in ea parte: que dicebatur ſancta ſanctorum poſita fuit archa domini cum propitiatorio deſuper: que ſignificat xp̄i humanitateȝ cum deitate. Archa enim de lignis ſethim facta imputreſcibilibus auro tecta ſignificat corp⁹ xp̄i compactum ex puriſſimis ſanguinibus virginis cum anima eius diuinitati coniuncta: in qua humanitate 3^a erant: virga iuſticie ⁊ iudiciarie poteſtatis: lex ſapientie ⁊ veritatis: manna manſuetudinis ⁊ pietatis propitiatorium deſuper: deitas ſupereminens ipſi tamen humanitati vnita: duo cherubin de oliuis reſpicientia in ꝓpitiatorium mutuis vultibus: ſunt duo teſtamenta plena ſapientia: que teſtant̄ de xp̄o adinuicem: quod enim vnum predicit futuruȝ. ſ. vetus teſtamentū: aliud. i. nouum exprimit factum: ⁊ totum hoc ꝙ ꝑ viſcera miſericordie ſue viſitauit nos oriens ex alto. Fuit ḡ in iſto templi medio. i. vtero virginali archa. i. deus incarnatus fuit: ⁊ noticia teſtamentorū in mēte. Unde ⁊ beda tractans illud luc̄. 2. Maria ꝯſuabat oīa ỽba hec ꝯferēs ī corde ſuo: qꝛ ſcripturas legebat ⁊ ſciebat ꝓphetias: cōferebat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

que ſecum erant acta cum dn̄o de his que noue
rat ſcripta a prophetis de dn̄o: ⁊ collata adinui-
cem cognouit ad inſtar celeſtium cherubin ſotia
ſui vultus: luce concordia: ⁊ ſeruabat ea in men-
te: vt euangeliſtis ⁊ apoſtolis deferret deſcriben
tibus nouum teſtamentum: auguſtin⁹ in ſermo.
Quid dicam beata virgo: cum de te quicquid di
xero minus eſt? Laus tua q̄ꝫ dignitas tua meret:
ſi celum te vocem altior es: ſi matrē gentiū dicaꝫ
precedis: ſi formā dei appellā: digna extiſtis: ſi do
minā angelorū vocē per oīa eſſe ꝓbaris. hec ille
Sicut ergo locus dict⁹ ſancta ſanctorū erat ſolē-
niſſimus: ita ꝙ nulli licebat accedere niſi ſummo
ſacerdoti: ita ⁊ beata virgo maria: cum gratia re-
pletur: cum ſpiritu ſancto perfunditur: cum virtu
te altiſſimi obumbratur fit precioſior meritis:
celſis ſublimior faſtigijs: pulchrior ſanctitate: glo
rioſior ſuorū meritorum prerogatiuis: ita vt nul
lis ſit vſibus iam mācipanda niſi diuinis. hiero.
in ſermone hinc ⁊ maximus in ſermone. Sciētes
fratres dilectiſſimi actori noſtro multum deberē
conditos: plus redemptos: veneremur illum ſa-
cratiſſimū vterū: ex quo deus vnitus homini ap
paruit. O felix maria o genitrix glorie o puerpe
ra ſublimis: cuius viſceribus actor celi terreqꝫ cō
mittitur. O felicia oſcula labijs impreſſa lacten-
tibus: cum inter crebra iudicia crepitantis infan
tie verus ex te filius tibi maria alluderet: ver⁹ ex
patre tibi dominus imparet: felix puerperium le-
tabile angelis expectabile ſanctis neceſſarium ꝓ
fligatis. hec ille. Aug⁹. quoqꝫ ſic ait ī ſermone. O
q̄ꝫ immaculata virginitas: que omnes angelos ī
celeſtia regna ꝑcellit. O q̄ꝫ beata mater: que xp̄m
dominum ſanctum regem glorie meruerit gene
rare. O q̄ꝫ beati pedes qui chriſtum meruerūt ſu
ſtinere. O q̄ꝫ felicia vbera: que actorem ⁊ redem
ptorem mundi lactauerunt. O ineffabilis virgo
in cuius continebatur gremio: qui regebat vni-
uerſum mundum. hec ille. ber. in ſermone: Fac o
benedicta per gratiam quam inueniſti per miſeri
cordiā quā peperiſti: vt qui mediante te fieri par
ticeps dignatus eſt infirmitatis ⁊ miſerie noſtre:
te quoqꝫ intercedente participes faciat nos glo-
rie ⁊ beatitudinis ſue.

## Secūdo in medio tem-

pli dei. i. in conuerſatione virginis glorioſe tem-
plum dei exiſtentis: que conuerſatio ſemper fuit
in medio. i. in virtutibus: ⁊ ſm rationem ſuſcepi-
mus miſericordiam directionis ſeu regulam be
ne viuendi. ſiquidem magna miſericordia eſt de
uium ⁊ errantem ad viam ſalutis reducere: ⁊ iter
rectum oſtendere. Equidem errabant pene oēs
in inuio non in via mandatorum ⁊ virtutum ince
dentes: que ducit ad vitam: ſed per viam latam
que ducit ad mortem. Sed nata eſt virgo maria
cuius vita glorioſa luceꝫ dedit ſeculo. Unde ma
ria interpretatur illuminatrix ⁊ maris ſtella dicit
que ducit nauigantes ad portum. habetis in ea
magiſteria probitatis ⁊ virtutis: vt ſciatis quid
eligere quid vitare debeatis inquit ambroſius.
In me ait ipa: eccle. 24. Omnis gratia vie ⁊ veri
tatis in me omnis ſpes vite ⁊ virtutis: vt ſciatis
quid eligere ⁊ quid vitare debeatis. Talibus. n.
teſte hiero. in ſermo. Decebat virginem oppigne
rari muneribus: vt plena eſſet gratia: que celis de
dit gloriam: terris deum: pacemqꝫ refudit: fidem
gentibus: finem vitijs: vite ordinem: moribus di
ſciplinam: abundantia autem gratie ⁊ virtutum
eius in templo ipſo figurata fuit. Nam in medio
eius in loco qui dicitur ſancta erant ibi ex vno la
tere menſa aurea cum duodecim panibus ꝓpoſi
tionis: ex alio latere altare aureum timiamatis: ⁊
turibulum aureum ac etiam candelabrum aureū
cum. 7. lucernis: velum quoqꝫ quod diuidebat
ſancta ſanctorū quadricolore: ſic in templo mētis
virginalis fuit menſa filij perfectiſſime. 12. articu-
lorum deſignatorū per panes. fuit ⁊ altare aureuꝫ
ſumme dilectionis cum turibulo ſpei: vnde fum⁹
aromatum. i. deuotiſſimarum orationum ⁊ con
templationum aſcendebat ad celum. candelabrū
quoqꝫ gratie ſeptem donorum ſpiritus ſancti. vir
tutes quoqꝫ cardinales deſignate per velum qua
tuor colorum: ſm magiſtrum in tertio ſententiarū
vtiqꝫ fuerunt in ea prudentia: qua prudēter ſe ha
buit ad angelum: recogitans qualis eſſet illa ſalu
tatio: non ſubito reſpondens: poſtea querens: for
titudo qua aduerſa ſuſtinuit in paſſione filij: iuſti
cia in ſeruando legem de purificatione: ad quam
non tenebatur de acceſſu ad templum cum filio
⁊ alijs legalibus. Temperantia in ieiunijs vigilijs ī
modeſtia ⁊ omni caſtitate: ⁊ deſcendendo ad ꝑti
cularia: de ea ſic loquitur ambro. in libro de vir
ginitate. Quid exequar de beate marie virtutib⁹
Uirgo erat non ſolum corpore ſed ⁊ mente: quia
nullo doli ambitu ſincerum violaret affectum:
corde humilis: verbo grauis: animo prudēs: lo-
quendi parcior: legendi ſtudioſior: intenta operi:
verecunda ſermone: arbitrium mentis non homi
nem ſed deum querens: non in certo diuitiarum
ſed in prece pauperis ſpem reponens. Bene vel-
le omnibus: aſſurgere maioribus natu equalib⁹
non inuidere: fugere iactantiam: ſequi orationeꝫ
amare virtutem: quando iſta vel vultu leſit parē
tes: quando diſceſſit a propinquis: quando faſti
diuit humiles: quando vitauit inopem: eos ſolō
ſolita inuiſere cetus virorum: quos miſericor-
dia non erubeſceret nec preteriret verecundia.
nihil toruum in oculis: nihil in verbis procax:
nihil in actu verecundum: non geſtus fractior: nō
inceſſus ſolutior: non vox petulantior: vt ipa cor
poris ſpecies ſimulachrum fuerit mētis ⁊ figura
probitatis. Quid autem exequar beate marie ci-
borum per ſimoniam officiorum redundantiam
alterum ſupra naturam ſuperfuiſſe: alterum pe-
ne ipi nature defuiſſe: Illic nulla īermiſſa tpa. ſ.
quo ad officia. i. exercitia ⁊ ſeruitia h̄ ꝯgeminatus
ieiunio dies: ⁊ ſi aliquando reficiendi ſucceſſit

voluntas:cibus plerumqꝫ obuius:qui mortē ar
ceret.non delitias ministraret:dormire non pri⁹
cupiditas q̃ꝫ necessitas fuit: ꝛ tamen cum qui/
esceret corpus vigilabat animus:que frequenter
in somnis aut somno interrupto continuat ꝛ aut
disposita gerit aut gerenda pronunciat:prodire
domi nescia:nisi cum ad ecclesiā ꝯueniret: ꝛ hoc
cum parentibus ꝛ ꝓpinquis:hec ad ipos angeli
ingressus inuenta est domi in penetralibus sine
comite:ne quis cōtemplationē abrūperet:ne qs
abstreperet. Nec enim feminas comites deside/
rabat:que bonas cogitatōes comites habebat:
quinetiā tunc minus sola videbatur:cū sola esset
Nam quō sola:cui tot libri adessent tot archan/
geli tot ꝓphete⁹deniqꝫ archangelus:vbi eā retti/
sere solebat inuenit:q̃ꝫ religiosa in ꝓpinquis fue/
rit:scriptura diuina cōmemorat. Nam ꝛ humili
or facta est:vbi se cognouit electam:ꝛ statim ad
cognatam suam in mōtana perrexit:ꝛ ita conser/
uabat oīa verba hec in corde suo:q̃ꝫuis mater do
mini:discere tamen precepta dñi desiderabat:et
que deū genuerat:dñi tamen precepta scire desi/
derabat.hec omnia ambro.in li. de virginitate.
Item augustinus in quodā sermone. O dilectissi
mi quis laudes beatissime virginis digne decan
tare valeat? Facta est enim maria ianua celorum
sublimatio apostoloꝝ:laus martyrū iubilatio cō
fessoꝝ:gloria viduaꝝ:gaudiū angeloꝝ:requies
animarum. Facta est maria salus moꝝ:mors cri/
minum:vita virtutū:virtus pugnantiū:palma vi
ctoꝝ. Facta est maria excelsa super sidera:sanctior
super oēs feminas:cuius vita inclyta cūctas illu/
strat ecclesias.hec augustinus in sermone:ꝛ sic ꝑ
exempla vite eius suscepimus misericordiā regu
le ꝛ directionis bene viuendi:ꝛ per merita ꝛ pre
ces eius misericordiā.hec aug⁹. Itē hiero.in ser/
mone de assūptōne. Puto ꝙ quicquid cordis ge
quid virtutis humane:si totū adhibeas non suffi
ciat:vt cogitare valeas:qn̄ indesinenter crema/
batur ardore pij amoris:quādo mouebatᷣ reple
ta sācto spū secretoꝝ celestiū incitamentis:dū re
uolueret aīo cūcta que viderat que audierat que
cognouerat:nouis quotidie inflāmabatur ꝯside
rioꝝ affectibus:tanto validius:q̃ꝫto intus diui/
nis illustrabatur visitationibus:totā incāduerat
diuinus amor:vt in ea nihil essꝫ qd mūdius vio
laret affectus:sed ardor continuus ꝛ ebrietas per
fusi amoris. hec hiero. in illo sermone: vt patet.
Suscepim⁹ demū ꝛ miam multiplicē subleuatio
nis in miserijs in medio templi huius.i.ipa me/
diante. Unde ꝛ dicitᷣ mater gratie:mater miseri/
cordie. Tēplū siqdē salomonis non solū facta et
sancta sāctoꝝ:sed etiā atria portic⁹:que erat ante
ipm dr̄:qd patet ex euāgelijs:qn̄ eiecit de tēplo
ementes ꝛ vendētes:ꝛ in tēplo docebat ꝛ mira/
cula faciebat:mat.21.qd vtiqꝫ intelligitur de atri
is tēpli:ibi aūt fiebāt oꝛoes:vt pꝫ de phariseo et
publicano ꝛ offerebantᷣ sacrificia qn̄ salomon ꝑ/
fecto ipso tēplo dedicauit dño orauit:vt qn̄cūqꝫ
pestis vel corruptus aer vel brucus aut rubigo
aut siccitas pluuie ꝓpter peccata populi superue/
niret in patria illa:ꝛ populus ille reuersus ad pe/
nitentiā cōfiteretᷣ peccata sua:ꝛ adoraret ꝓ amo
tione plage:de⁹ liberaret eum. Itē qn̄ popul⁹ iret
ad bellū cōtra inimicos vel captiui ducerentᷣ ab
alijs gētibus vel alia mala paterentᷣ:si penitētes
dirigerēt mentē suā ad adorādū ꝟsus tēplū ꝓ li
beratione ꝙ exaudirētur:q̄ oratōe facta apparu
it postmodū de⁹ salomoni dicēs se fuisse exaudi/
tū:vt habetᷣ.3.re.8.ꝛ.9.c. Sic ad ꝓpositū:qui pe
nitens ꝛ deuotus accedit ad hoc tēplū virginale
postulans adiuuari ꝓ diuersis miserijs:exauditᷣ
miam recipiēs.vn̄ ps. Exaudiuit de tēplo sācto
suo vocē meā. Un̄ ber.in sermone. Sileat miam
tuā virgo beata. Siqs inuocatā in necessitatib⁹
suis te inuenerit defuisse. Nos quidē seruuli cete
ris ī ꝟtutibus tuis ꝯgaudem⁹ tibi:ſꝫ in hac poti⁹
nobis ipis laudam⁹ humilitatē:virginitatē mira
mur:sed mia sapit dulcis miseris crebri⁹ īuocatᷣ
Hec est.n.q̄ totius mūdi reparatōem obtinuit:ꝛ
salutē oīm ipetrauit. Quis ḡ mīe tue:o benedicta
lōgitudinē latitudinē sublimitatē ꝛ ꝓfundū que
at iuestigare? Nā longitudo ei⁹ vsqꝫ ad nouissi/
mū diē.inuocantibus eā subuenit vniuersis. La/
titudo eius replet orbē terraꝝ:vt tua quoqꝫ mise
ricordia sit plena oīs terra:sic ꝛ sublimitas eius
ciuitatis superne inuenit restaurationē ꝛ ꝓfundū
sedentibus in tenebris ꝛ vmbra mortis obtinuit
absolutionē alias redēptionem.hec ille. Idem
reuolue diligentius euangelice historie seriem:ꝛ
siquid increpatorium siquid durum: siquod de
niqꝫ signum vel tenuis indignationis occurrerit
in maria:de cetero suspectam habeas ꝛ accedere
verearis. Considera diligenter:ꝛ si vere plena sūt
omnia opera pietatis ꝛ gratie:plena mansuetudi
nis ꝛ misericordie:que ad mariam pertinent in
veneris. Age gratias ei qui talem tibi mediatri/
cem benignissima miseratione prouidit. Deniqꝫ
omnibus omnia facta omnibus misericordie si/
num aperit:vt de plenitudine eius accipiant vni
uersi:captiuus redemptionem:eger curationem:
tristis consolationem:peccator veniam:iust⁹ gra
tiam:angeli leticiam. Deniqꝫ trinitas gloriam fi/
lij:persona carnis substantiam:vt non sit qui se
abscondat a calore eius.hec ille. Et quia ipa vir
go gloriosa misericors est ad omnes:comparat
se oliue dicens:eccle.24. Quasi oliua speciosa in
campis.oliua significat misericordiam:quia ole
um fructus est linitiuum ꝛ dulce. Ad oliuaꝫ que
est speciosa in campis omnes possunt accedere ꝛ
accipere fructum eius:sicut ad mariam ꝛ iusti et
peccatores accedere possunt:vt inde misericor/
diam accipiāt. Ipsa est illa sancta iudith:que ex
magna misericordia ad populum suum cum ma
gna prouidentia ꝛ fortitudine occidit holofernē
ferocissimum obsidentem ꝛ captiuare ꝛ exter/
minare volētē ppl'ꝫ dei.i.diabolū īfernalē. Un̄ ꝛ
ī ei⁹ laudē dixerūt:ioachim sūm⁹ sacerdos cum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omni populo benedicentes. Tu gl'a hieruſalem: tu leticia iſrahel: tu honorificētia populi noſtri: quia feciſti viriliter ⁊ confortatū eſt cor tuū: eo ꝙ caſtitatē amaueris: ⁊ benedicta eris ineternum. iudith. 15. O quot ſnias terribiliū flagelloꝝ: que meruit mundus ꝓpter peccata ſua: hec ſanctiſſima virgo miſericorditer reuocauit. Nonne i viſione oſtenſum eſt beato dominico ⁊ alijs: ꝙ dei filius mundum exterminare volebat tribus lanceis: ſed beatiſſima mater miſericordie ꝓ eo intercedens ipm placauit: aſſerens ſe ꝓuos ſeruos habere. ſ. dominicū ⁊ franciſcum: quos mittens per orbem cum filijs homines ad penitentiā reducerent? Nonne ipa mater pietatis theophilum: qui ſe diabolo dederat: ⁊ chirographū ſcripſerat: vt eum liberaret a quadā confuſione iniuſte ſibi illata reſtituit ſaluti: ⁊ chirographū in medio iactare coegit? quis poſſit enumerare quātas quotidie ſanitates infirmis deuote inuocantibus eam miſericorditer elargitur? a quātis periculis anime ⁊ corporis plurimos liberauit? quot diuerſis anguſtiatos laboribus conſolata fuerit? quot errātes in tenebris illuminauerit? ſi igitur deum in ſanctis ſuis laudare iubemur: multo magis in maria miſericordie: que vt ſapiens mulier thecuites pie pro abſolone fratricida ⁊ proteruo aduocans patri ſuo dauid recōciliauit: ab exilio reuocauit. 2. regum. 8. ſ. genus humanū. Si ergo ait hiero. virgo es lauda: quia meruiſti eſſe quod laudas. Si continens es lauda: quia inde tibi gratia fluxit: vt poſſis caſta exiſtere. Et ſi coniugata vel peccator nihilominus venerare ⁊ lauda: quia ex ea natus eſt ſaluator: vnde tibi venia ⁊ miſericordia ꝓmittitur. Suſcepimus ergo o deus ⁊ ſuſcepimus quotidie miſericordiā tuā in medio templi tui ideſt per mariam: ⁊ iō laus tibi in ſecula.

¶ De angelis q ſūt in eccleſia dei miniſtri ⁊ cuſtodes noſtri. c. 5.

Preuenerunt principes cōiuncti pſallentibus in medio iuuencularum in tympaniſtriaꝝ: ps. De angelis agendū eſt: quia ipi in eccleſia triumphāti ciues ordinarij ⁊ cōſortes beatoꝝ in eccleſia dei miniſtri ⁊ cuſtodes noſtri ⁊ multipliciter in cōi ⁊ in particulari nos adiuuant: vt ait grego. in omel. Illa ſuperna ciuitas nimirum ex angelis ⁊ hominibus conſtat: ad quā tm̄ hūani generis aſcendere credimꝰ quot illic cōtingit angelos remanſiſſe. Iuxta illud deutero. 32. Statuit terminos populoꝝ iuxta numeꝝ angeloꝝ dei: qd tn̄ eſt ſcḋm aliā trāſlationem non noſtrā. hec tamen in opinione eſt. Nam alij dicunt: ꝙ tot homines aſcendent: quot ex angelis ceciderunt: cū ex eis hominibus dicant̄ ruine angeloꝝ reſtaurari. Uerius eſſe videtur qd dicit eccleſia in collecta. Soli deo cognitus eſt numerus electoꝝ in ſuperna felicitate locādus. Di

tamen vt dicit grego. non facient ordinem de per ſe: vt ſint homines: quaſi decimus ordo: ſed collocabuntur in diuerſis ordinibus angeloꝝ ſcḋm q̄litatem virtutum eoꝝ: licet enim ſcḋm naturam angeli ſint perfectiores hominibus: quaſi deo ſimiliores: cum ſint puri ſpiritus ⁊ immortales: ꝓpter qd xp̄s dicitur minor angelis ſcḋm ꝙ homo: ſcḋm illud. Minuiſti eū paulominus ab angelis: q2 ipſe mortalis erat in via: angeli autem immortales: tn̄ in perfectōne gratie ⁊ glorie multi ſancti excedūt gloriam multoꝝ angeloꝝ. Et de virgine glorioſa canit eccleſia: quia exaltata eſt ſuper choros angelorum. Et quia ipi angeli diligunt nos ⁊ ſollicitantur ꝓ ſalute noſtra: ideo quia ꝑ laudes diuinas iter eſt ad videndum cū eis ſalutare dei. i. ſaluatorem: ideo non ſolum coniunguntur pſallentibus ſed ⁊ preueniunt eos ad excitandum ad pſallendum ⁊ laudandum deum: preuenerūt ergo ⁊c. Ubi tria notantur. Primo dominiū exq̄ exaltantur: ibi: preuenerunt p̄ncipes. ¶ 2° exercitium: quo delectantur: ibi: coniuncti pſallentibus ¶ 3° conſortium: quo ſortiantur in medio iuuenculaꝝ in tympanis.

Quantum ad primum angeli dicunt̄ p̄ncipes: non ſolū vnus ordo eoꝝ qui dicūtur p̄ncipatus: ſed omnes a maiori vſq3 ad minores: iuxta illud ps. Ut collocet eū cū p̄ncipibus cū principibus populi ſui. Oēs enim hn̄t magnū dn̄iū ſup demōes ſup hoīes ſup elementa ⁊ elementares res principantur demonibus refrenando maliciā eoꝝ: ne hominibus tm̄ noceant q̄ntum vellent corporaliter ⁊ ſpūaliter. Unde angelus raphael apprehendit ⁊ religauit diabolū nomine aſmodeum in deſerto ſuperiori: ne poſſet nocere tobie iuniori: cum accepit ſaram in vxorē ſicut leſerat ⁊ occiderat. 7. maritos eius: q̄s ſucceſſiue ipa ſara habuerat: vt habetur tobi. 7. In bello ſpūali qd agimus contra demones vel potius cōtra nos multipliciter iuuant: ⁊ ſuſcipientibus eoꝝ victoriā preſtāt: qd innuitur apoc. 22. Ubi dicitur: factum eſt prelium in celo ⁊ michael pugnabat cū dracone: ⁊ angeli eius. ſ. boni: et draco ⁊ angeli eius. ſ. mali cum illis ⁊ nō preualuerunt: nec locus eoꝝ āplius inuētus ē i celo: ⁊ ꝓiectus ē draco ille. Dimittēdo ꝓ nūc de ꝓlio facto in celo empyreo i p̄ncipio creatōis eoꝝ: quod bellū intelligit̄ ɔtraria volūtas auerſionis a deo q̊ ad malos: ⁊ ɔuerſionis ad deū q̄ ad bonos. Uñ boni quaſi victoriā habentes: quia nō ſunt immutati malos confirmati ſunt. Et draco lucifer cū ſequacibus: quaſi deuicti de celo ceciderunt. Uideamꝰ de prelio quod quotidie geritur in celo militantis eccl'ie in genere vel in celo cuiuſlibet aīe. Draco iſte ſathanas cum ſatellitibus ſuis diſcurrunt per campum ſenſualitatis vſq3 ad campum rōis. Rimat̄ vt ait greg. 28. mor. Cōſperſiones ſeu ɔplexiōes hoīs: ſ3 q̄s itelligit ad diuerſa vitia iclinatos: ſuggerit ſāguineis vana gaudia mundi

⁊ laſciuias:iracundis iram ⁊ vindictã:flegmaticꝭ
pigriciã ⁊ inanẽ gloꝛiã:melanconicis ſuſpiciones
⁊ deſperatões. Sed ecõtra angeli boni purgant
fantaſiã a fantaſmatibus vicioꝝ:ꝓponẽdo bonas
repñtatões:vt paſſiones xp̃i vel vanitatꝭ mundi
moꝛtis inſtantis:exẽploꝝ ſãctoꝝ premij celeſtis
cruciatus inferni. In libertate hoĩs ẽ acceptare
ſuggeſtiones demonũ vel inſtigatões ⁊ repñtatõ
nes angeloꝝ:⁊ cũ conatũ adhibet ad repellendũ
prauas ſuggeſtiones demonũ ⁊ aſſentiẽdũ illu/
minatõibus ãgeloꝝ. Uincit michael cũ ſuis ĩ tali
ꝓlio ⁊ draco ꝓſternit:qꝛ d̃bilitat̃ vt̓ ei⁹ imo ⁊ qñ
qs ꝑfecte vicit aliqd̃ ĩtiũ tẽtat̓ diabol⁹ q tẽtauit
nõ põt redire ad illũ tentãdũ:ꝑcipue de illo vi/
tio ſm̃ oꝛigeñ. ⁊ mgr̃m ſniaꝝ in.z.li. Nõ eſt g̃ ti/
mendũ nobis:qꝛ etſi aduerſarij multi:tñ plures
ſunt adiutoꝛes ⁊ foꝛtioꝛes ꝓ nobis ꝑliãtes: in c⁹
figurã legit̃.4.re.6.q̃ cũ exercitus regis ſyrie ob
ſediſſet ciuitatẽ heliſei ꝓphete:vt caperet eum:
⁊ ꝓpter hoc diſcipulus dolẽdo clamaret hoc vi/
dens:capturã timẽs cõfoꝛtauit eũ heliſeus dicẽs
Nolite timere:qꝛ plures ſũt nobiſcũ:ipoqꝫ oꝛã/
te:aperuit dñs oculos diſcipuli ⁊ vidit mõtẽ ecõ
tra plenũ equoꝝ ⁊ curruũ igneoꝝ:q erãt ãgeli ĩ
adiutoꝛiũ heliſei. Uñ ⁊ factũ ẽ vt heliſeus captus
non fuerit:ſed ipſe habuit hoſtes in manibus ſu/
is:⁊ de victoꝛia nr̃a ip̃i angeli gratulant̃ ⁊ cõſolã
tur nos. Uñ ad hoc inuendũ poſtqꝫ xp̃s vicit ten
tationes diaboli in deſerto ſcribitur.mat.4. Ec
ce angeli acceſſerũt ⁊ miniſtrabãt ei. Et nõ ſolũ
ip̃i angeli boni nos adiuuãt ĩ bello tentatõnũ:ſed
⁊ ipi p̃ueniũt conatũ. Uñ dr̃ ꝑuenerũt ꝑncipes
incitãdõ ad bonũ ꝑncipãtur etiã ⁊ hñt magnã po
teſtatẽ ſup hoĩes flagellãdi ⁊ puniẽdi ⁊ malos et
bonos. Uñ vnus angel⁹ vna nocte occidit .185.
milia de exercitu ſcenacherib:qui obſederat hie
ruſalẽ ⁊ regẽ eius ezechiã viꝝ ſanctũ :vt habet̃
Iſaie.37. Sĩiter angel⁹ dñi occidit gladio peſtꝭ
70.milia de populo iſrl̃:ꝓpter peccatũ dauid in/
anis gloꝛie denumerãdo faciẽdo populũ ſibi ſub
ditũ gl̃iando de multitudine:⁊ ꝓpter peccatũ po
puli ip̃ius:eo q̃ cõiurauerat cũ abſolone ꝯ dauid
z.re.vlti. Gabꝛiel quoqꝫ archãgelus zachariam:
cui apparẽs reuelauerat cõceptũ baptiſte:qꝛ non
credidit ꝑcuſſit eũ mutitate dicens ei. Pro eo q̃
nõ credidiſti verbis meis eris tacẽs ⁊ nõ poteris
loqui vſqꝫ in diẽ natiuitatis ei⁹:luc.i. ꝑncipantur
inſup creaturas irrõnales:ip̃i.n.ſũt motoꝛes oꝛbi
um ſeu planetaꝝ:vñ ſequit̃ generatio reꝝ in infe/
rioꝛibus:ꝓpterea dicit ſalomon eccl̃a.i. Luſtrãs
vniuerſa in circuitu ꝑgit ſp̃us.loquit̃ ibi d̃ ſole:et
vocat ſp̃m:qꝛ ſp̃us eſt.i.angelus motoꝛ eius:non
q̃ planete ſint coꝛpa aĩata:vt quidã dixerũt. To
ta.n.materia elemẽtaris eis eſt ſubiecta ad nutũ
quo ad motũ localem. vñ ⁊ angeli fuerũt qui fe/
cerũt pluere ignem ⁊ ſulphurẽ ſup ſodomam et
gomoꝛram:geñ.19.c.

## Quãtum ad ſecunduꝫ

.ſ.exercitiũ:in quo delectant̃ ẽ pſalmodia.i. lau/
dare deũ:hoc.n.eſt officiũ angeloꝝ ⁊ oĩm beato
rum in eccleſia triũphãti. Uñ in libꝛo heſdre:quẽ
tñ nõ habemus dr̃ in excelſo thꝛono vidi ſedẽ
viꝝ:quẽ adoꝛat multitudo angeloꝝ pſallentiũ in
vnũ. Ecce cuius imperiũ manet ineternũ. Et iðo
dñs dixit ad iob. Ubi eras cũ me laudarẽt aſtra
matutina ⁊ iubilarẽt oẽs filij dei.i.angeli:apo.7.
dicitur q̃ oẽs angeli ſtabãt in circuitu thꝛoni ⁊ ſe
nioꝝ ⁊ quatuoꝛ aĩaliũ:⁊ adoꝛauerũt deũ dicẽtes
Bñdictio ⁊ claritas ⁊ ſapientia ⁊ gratiaꝝ actio:
honoꝛ virtus ⁊ foꝛtitudo deo noſtro ⁊c̃. Et tobi.
vlti.dr̃ ꝑ oẽs vicos eius.ſ.ſuperne hieruſalẽ can
tabitur all̃a qd̃ interpꝛetat̃:laudate deũ oẽs. Cũ
ergo cõtinue angeli faciant exercitium hoc :nec
vnqꝫ intermittãt merito cõiũguntur pſallentib⁹
⁊ laudantibus deum. Naturale ẽ enim vt quili/
bet cõuerſetur ⁊ cõiugatur cum his qui exercẽt
opus ⁊ arteꝫ ſuã:vt agricola cũ agricolis:artifex
cum artificibus:cantoꝛ cũ cantoꝛibus:doctoꝛ cũ
doctoꝛibus:ſic angeli pſallentes ⁊ laudãtes cuꝫ
pſallentibus ⁊ choꝛis angeloꝝ:ibi p̃ueniũt an/
geli expectantes:qui veniunt ad laudandũ deuꝫ
⁊ cõiunguntur pſallentibus:⁊ etiam in alijs locis
oꝛantibus ⁊ laudantibus deum. Uñ ber. Diſcur
rit angelus medius inter dilectã ⁊ dilectũ obſe/
crans illum:excitans illam:efferens vota:afferẽs
dona:⁊ p̃cipue in myſterio miſſe:vñ gregori⁹
Quis fideliũ habere dubiũ põt mihi illo xp̃i my
ſterio in ip̃a ĩmolationis hoꝛa angeloꝝ choꝛos
adeſſe ⁊c̃. ⁊ de con. diſ.3.apoc̃.8.dicitur. Stetit
angelus iuxta aram templi habens turibulum
aureum in manu ſua:⁊ data ſunt ei incenſa mul/
ta:que ſunt oꝛationes ſanctoꝛum:vt offerret eas
in conſpectu dei.turibulum aureum eſt officium
charitatiuũ :quod habent ſcilicet oꝛationes fer/
uentes:que ſunt vt thus ardens deo offerendum
non q̃ deus iſta non ſciat per ſe:ſed in verbo re/
ſpiciens angelus quaſi conſulit:quid inde ꝓ ho/
minibus oꝛãtibus habeat agere. Unde ⁊ rapha
el angelus dixit tobie. Cum oꝛares ⁊ ſepulturas
faceres:ego obtuli oꝛationem tuam domino ⁊c̃.
tobi.iz.ſimpliciter actuum.io.c. Oꝛanti coꝛnelio
centurioni gẽtili apparuit angelus dicẽs. Coꝛne
li oꝛatões tue ⁊ elemoſyne aſcenderũt coꝛã deo.
Mitte ergo ⁊ accerſi ſimonem:hic dicet tibi qd
te opoꝛteat facere.ſ.pro ſalute tua. Et cõiter oꝛã/
tibus hominibus facte ſunt reuelationes ange/
loꝛum . Sic danieli oꝛanti, pro liberatione po/
puli ſui apparuit ei angelus qui reuelauit libera
tionem totius humani generis a ſeruitute diabo
li per chꝛiſtum determinans in.70.hebdomadi
bus tempus incarnationis quando fieret: vt pa/
tet danielis.9. Et quia nos in patria habemus fa
cere idem officium cum eis ſcilicet laudare de/
um:ideo etiã hic ſuo exẽplo ad hoc nos inuitant
⁊ gr̃as agẽdo de bñficijs:vñ nato xp̃o facta ẽ mł
titudo militie celeſtis cũ angelo: qui nunciaue/
rat eam paſtoꝛibus cum gaudio laudantium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deum τ dicentium. Gloria in excelſis deo τc̃. luc.
2. Et angelus dn̄i deſcendit cum azaria τ ſocijs
ſuis in fornacem: τ fecit medium fornacis: quaſi
ventum roris flantem: inducens eos ad laudan
dum deum in omnibus creaturis.

## Quantum ad tertium

conſortiū quo ſociantur: ibi nōtur in medio iuuē
cularum tympaniſteriarū: non eſt hoc intelligen
dum ſm corticem littere. Littera eniʒ occidit ait
apl's. Non enī credendū eſt angelos in medium
ſtare magis mulierū q̄ȝ virorū: τ iuuenum corpo/
re q̄ȝ ſenum: τ pulſantiū tympanū magis q̄ȝ non
pulſantium: immo nec' vſitatum eſt mulieres pul
ſare tympanū. Loquitur ḡ de animabus: que cū
virtutibus dedite ſunt: dicuntur iuuencule. Iuuē
cule enim ſunt pulchre ad oſtentandū: ſunt forteſ
ad operandum: ſunt inclinate ad amandū: ſūt fe
cunde ad generandū: ſic aīe virtuoſe ſūt pulchre
per modeſtiam τ cōpoſitionē debitam exteriorl
hominis: vnde in canti. Ecce tu pulchra es ami/
ca mea: ſunt fortes ad ſufferendū aduerſa τ vin/
cendum tentatōes. i. Io. 2. Scribo vobis iuue/
nes fortes eſtis τ viciſtis malignum. ſunt fecūde
ad ꝑducendū filios bonorum operū: apl'us. In
omni opere bono fructificantes. Sunt τ feruide
ad amandum deū τ ꝓximum: canti. i. Adoleſcē
tule dilexerūt te nimis. Sunt τ tympaniſtrie per
auſteritatē vite: cū enim pulſatur in tympano ꝑ/
cutitur pellis mortui animalis: ſic per abſtinentiā
percutitur corpus noſtrū mortuū. i. morti ſubiec
tum. Pulſabat paulus tympanū: cū dicebat. Ca/
ſtigo corpus meum τ in ſeruituteʒ redigo: ſic ex
ponit grego. illud. Laudate dn̄m in tympano τ
choro. i. in abſtinentia τ ſobrietate. In choro. n.
τ ſi ſit multitudo vocū: eſt tn̄ cōcordia cātus. Sȝ
notandum q̄ ſi tympanū nimis fortiter percutia
tur: non ſonus ſequitur: ſed fractura: τ ideo mode
rate percutere oȝ in abſtinentia. ſimiliter τ morti
ficatione corporis neceſſe eſt ſeruare diſcretōeʒ
τ ꝓ menſura ſumenda eſt cōſeruatio ſibi τ bone
habitudinis: ad que ſibi incūbunt facienda: ſm il
lud apl'i. vt caſtigati τ nō mortificati. In medio
horū pſallentiū angeli reperiuntur: cū his delecta
biliter coniunguntur: quia cum his intelligunt ſe
eſſe ſociandos. Vn̄ τ in forma iuuenū cōiter ap
parent: qd̄ patet ex nouo τ veteri teſtamēto. Nā
mulieres que iuerant ad monumentū xp̄i ad vn
gendum corpus eius: viderunt iuuenem: qui an
gelus erat in eo coopertū veſte candida: mat. vl.
Et raphael tobie occurrit in forma iuuenis: ꝓpt̄
quod dixit ei. Unde habemus te o bone iuuenis
tobi. 5. Et quia abſtinentia plurimū valet ad ca/
ſtitatem ſeruandā: cui permaxime pulchritudo
ſpiritualis attribuitur: ſed tho in ſumma nō cum
tympaniſtris cōiunguntur: nō cū deliciaruȝ ama
toribus: vbi caſtitas periclitatur. Sicut autē an/
geli cū his cōiunguntur virtuoſe ſe habentibus:
ita τ in morte ſe eis cōiungentes ad ciuitatē ſup
ne patrie eos deferunt: ꝓut dicitur de lazaro mē
dico terrena ſubſtātia: ſed ditiſſimo virtutibus.
Factum eſt vt moreretur mendicus τ portaret̄
ab angelis in ſinu abrae: luc. 16. qui nunc eſt para
diſus celeſtis. Ita deportatio quadrupliciter in/
telligitur ſm vin. in ſpeculo hiſto. li. 2. Primo qr
angeli ab bonū nos ꝓuocāt: per quod aſcendunt
anime ad paradiſū. 2°. quia ad gaudium paradi
ſi deſiderādū in articulo mortis eorū effectus ꝓ
uocant τ accendunt: ita q̄ poſtpoſito naturali ef/
fectu: quē habent ad corpus libenter exeant: ſic
legitur de quibuſdā ſanctis: vt beato dominico
τ franciſco: qui cuȝ gaudio: τ magna fiducia mor
tem expectabant. Dominicus conſolabatur fra/
tres contriſtatos de ſuo receſſu promittens ſe vl
tiorem poſt mortem. franciſcus dicebat. Educ d̄
carcere deus animā meam ad confitendum no/
mini tuo τc̃. 3° quia demones angeli arcēt ne
impediant exeuntes: vȝ tētatiōib' eos deuincen
do. Sicut enim demones in morte durius infe/
ſtant ad decipiendum animas: ita τ angeli effica
cius iuuant. Unde in libro d̄ ſimilit. narrat anſel
mus de quodam monacho ſui monaſterij: q̄ p'
mortē apparens cuidam dixit. Ter vrſus inuaſit
me: ſed vrſarius domini dei liberauit me. Appel
labat autem vrſum diabolum: τ vrſariuȝ micha
elem archangelum. Ter vrſus inuaſerat eum qr
ter tētauit eum in morte: primo de peccatis cō/
miſſis ante baptiſmum: quia adulter baptizatus
fuerat. 2° de peccatis commiſſis poſt baptiſ/
mum ante religionis ingreſſum. 3° de peccatiſ
in religione commiſſis. Et cum in prima eſſet q̄ſi
in procinctu deſperationis neſciens quid reſpon
deret: angelus illuſtrauit eum τ incitauit ad ſpeȝ
dicens ſibi illa per baptiſmum remiſſa. Simili/
ter cum in ſcd̄a quaſi deficeret angelus ſuggeſſit
fiduciam dicens commiſſa poſt baptiſmum per
religionis ingreſſum fuiſſe condonata. In 3° re/
ſpondit tentatus angelo inſtigante per auſterita/
tem religionis τ mortificationem voluntatis de
mū per patientiam in infirmitate ſibi fuiſſe di/
miſſa: τ ſic angelus demonem coercuit: ne ſalutē
eius impediret. 4° dicuntur deferre animas ī
paradiſum: quia quaſdam priuilegiatas perſonaſ
magne ſanctitatis ipſi angeli in aſſumpto ab eis
corpore aereo viſibiliter animas in celum de/
ferunt: ſicut legitur d̄ beato nicolao de beato be
nedicto τ beato martino: cuius animam vidit
ſanctus ſeuerinus archiepiſcopus colonienſ. ab
angelis aſſociatam pſallentibus in celum defer/
re: τ diabolum non potuiſſe impedire tranſitum
eius. Et multo magis hoc credit̄ de domini ma/
tre: q̄ chori angelorum in celum ſociauerunt de
hoc mundo migrante.

De numero τ virtute angelorū locutōes τ mi/
niſterijs eorū τ cuſtodia quo ad nos. c. 6.

## Benedicite omnes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

angeli dño potẽtes ꝟtute faciẽtes ꝟbũ illi⁹ ps.c.2º. Glorioſus de⁹ in ꝓncipio creauit celum ⁊ terrã.i.naturã angelicã pure ſpũalem:⁊ naturam hũanã terreſtrẽ ⁊ corporeã ſui capaces. vñ ⁊ primũ hominẽ de terra formauit q̃tũ ad corpus ⁊ in terra agri damaſceni:ex quo alij traducerent̃ ſm corpus. Naturã aũt angelicã ſpũaliter diſtinctã in oĩbus ſuis ſingularibus creauit in celo empyrio ſm tho.in pma pte.q.61. Cũ.n.natura angelica preſideat tota toti nature corporee:cõueniẽs fuit:vt in corpore ſupremo.i.celo empyreo crearetur. Nõ eſt cõtra qḋ ait angelus lucifer. Aſcendam in celũ. Iſaie.14. q2 intelligit̃ illud de celo ſanctiſſime trinitatis:cui ſe voluit adequari non de celo empyreo in quo erat ſm tho. Creata aũt fuit natura angelica:ſicut ⁊ hũana in ꝓncipio tp̃is ante qḋ nihil creatũ ẽ. Quãuis.n.grego.nazanzen⁹ ⁊ qdã greci antiqui doctores dixerĩt angelos fuiſſe creatos añ hoĩes ⁊ añ tp̃s:vt refert magiſter ſniaꝛ in 2º li.allegãdo auctoritatẽ ẽt hiero.nihil cõiter tenet̃ ꝓbabili⁹ a latinis:q̃ non fuerunt creati añ:ſ3 in principio cũ creatura corpali ſm tho.in pma pte.q.61.cũ eni tã angeli q̃3 creatura corporea in cõſtõe vni⁹ vniuerſi cõueniãt:nulla aũt ps ẽ pfecta a ſuo toto ſeparata nec eſt ꝓbabile:vt deus:c⁹ pfecta ſũt opera:deutro.32.ſeorſum creaturã angelicã crearet añ creaturas corporeas:tñ 9riũ ſentire non putatur erroneũ:ꝓpter auctoritatẽ dicti grego.maxime ſm tho.vbi ſupra. Utrãq3 aũt naturã creauit de⁹ ad ipm laudãdu3 vt dicit̃.2.ſentẽ.di.i.qḋ optime fit ab vtraq3 ĩ triumphãti eccleſia ſimul. In militãti ãt eccl'ia:q̃to pfectius hoc ab hoĩe agit̃:tãto pfectioni ſtat⁹ patrie magis appropinquat.vñ ps. Animã ſuam excitans:in illo ps.ad deũ laudãdũ ⁊ bñdicẽdu3 inuitare videt̃ ad idẽ angelos nõ ĩpatiue vel ſuaſiue ad eos loquẽs:ſed indicatiue:vt exẽplo eorum magis incitent̃. Benedicite ergo oẽs angeli ⁊c̃.i.vos angeli benedicitis dñm:vbi quatuor d angelis videnda ſũt. Primũ de ordine collectionis:ibi:oẽs ãgeli. Scdm de qualitate locutionis:ibi:benedicite. Tertiũ de vigoroſitate actionis:ibi:potẽtes virtute. Quarto de velocitate obeditionis:ibi:qui facitis verbum ⁊c̃.

**Quantum ad primum**

ex q̃ ps ait.oẽs ãgeli:inuit plures eẽ angelos. Et antiq philoſophi poſuerũt eẽ angelos plures:q̃s appellãt ſubſtãtias ſepatas. Et plato qdẽ dixit eẽ ſubſtãtias ſepatas ſpẽs reꝛ ſenſibiliũ:vtpote ſupponerem⁹ ipam naturã hũanã eẽ ſepatã:quã dicebat ꝑ ſe humanitatẽ:⁊ ſic de alijs ſpẽb⁹ reꝛ. Et ſm hoc oportebat ſubſtãtias ſepatas ſeu angelos eẽ ſm numeꝛ ſpẽꝛ ſenſibiliũ. Ariſtoteles aũt hoc reprobat:ſed videtur ponere numerum ſpecierum ſubſtantiarum ſeparataꝛ ſm numeꝛ corporũ celeſtiũ. Impfectã igit̃ ⁊ ñ verã noticiã de hi⁹ habuerũt. Dicẽdũ ḡ ſm tho.in pma pte.q.50.q̃ angeli inq̃tũ ſũt ĩmateriales ſubſtãtia in quadã maxia multitudine ſũt:oẽm materialẽ multitudinẽ excedẽtes: Et hoc ẽ qḋ dicit dio.x.c.cele.ie. Multi ſunt dei exercitus ſupernaꝛ mẽtiũ infirmam ⁊ cõſtrictã excedẽtes nr̃aꝛ materialiũ cõmenſurationẽ. Rõ hi⁹:q̃ cũ pfectio vniuerſi ſit:id qḋ deus intendit:precipue in creatõe reꝛ:quãto aliq̃ ſũt magis pfecta:tãto ĩ maiori exceſſu ſũt cauſata a deo:ſicut aũt in corpibus attẽdit̃ exceſſus ſm multitudinẽ:videm⁹ aũt q̃ corpa incorruptibilia:q̃ ſũt pfectiora ĩter corpa:excedũt q̃ſi incorporabilit̃ corpalia. Nã tota latitudo actiuorũ ⁊ paſſiuoꝛ ẽ aliqd modicũ reſpectu corporu3 celeſtiũ. Uñ rõnabile ẽ q̃ ſubſtantie ĩmateriales excedãt ſubſtãtias materiales:q̃ſi incorporabilit̃. Et qḋ dr̃ dañ.7. Milia miliũ miſtrabãt ei:⁊ decies centena milia aſſiſtebãt ei:ponit̃ ibi numer⁹ determinat⁹ ꝓ indeterminato. Cũ igit̃ angeli ſint valde multi:vbi aũt multitudo ibi confuſio:niſi ſit ibi ordo:q̃ a deo ſapiẽtiſſimo ſũt vtiq3 ordinata ſũt ſm aplm ad ro.13. Hec ḡ collectio angeloꝛ diſtincta ẽ in triplicẽ hierarchiã ⁊ q̃libet hierarchia ĩ tres ordines. Uñ grego.in mor. Nouẽ ſũt ordines ãgeloꝛ:cũ ꝑ ſacra eloquia ãgeli archãgeli throni dñationes virtutes ꝓncipat⁹ ptãtes cherubin ⁊ ſeraphin apta variatõe narratõe memorãtur ſupnoꝛ ciuiũ:quãte ſint diſtinctõeſ oſtẽditur de pe.di.2.ꝓncipium. In pma igit̃ ⁊ ſuprema hierarchia ponũtur ſeraphin vt ſupremi:deinde cherubin ⁊ throni:in media ponũtur dominationes principatus ⁊ poteſtates:⁊ in tertia virtutes archangeli ⁊ angeli ſm grego. Et in huiuſmodi ordine relucet miniſterium trinitatis. Nam ex vnitate hierarchie innuitur vnitas diuine eſſentie.in tripartito ordine oſtenditur trinitas perſonarum. Et ipſe quidem deus trinitas:que omnia operatur ĩ ſingulis diuidẽs:prout vult:amat in ſeraphin vt charitas:nouit in cherubin vt veritas:ſedet in thronis vt equitas:dominatur in dominationibus vt maieſtas:regit in principatibus vt principium. Tuetur vt virtus in virtutibus:reuelat vt lux in archangelis:aſſiſtit vt pietas ĩ angelis ⁊ in pma hierarchia equitas thronis:in thronis refertur ad patrem:cognitio veritatis in cherub ad filium:ardor amoris in ſeraphin ad ſpiritum ſanctu3. In ſcda hierarchia maieſtas dominationis ad patrem:rectitudo principandi ad filium:ſalus intuendo poteſtatem ad ſpiritum ſanctum. In tertia operatio virtutum ad ipſum patrem:reuelatio lucis ad filium:inſpiratio intellectus ad ſpiritum ſanctum. In quolibet etiam angelo relucet veſtigium trinitatis. Nam in quolibet eſt tria neceſſario diſtincte reperiri ſm dio.ſcilicet eſſentia virtus ſeu potentia ⁊ operatio:⁊ tamen in vno ſũt:⁊ ſic omnes angeli bñdicũt dñm trinitatẽ ⁊ vnitatẽ inſinuãtes.ſ. ex eoꝛ cõditõibus. Et nõ q̃ angeli differũt non ſolũ numero:vt martinus a petro ⁊ huiuſmõi:vt qdã aſſerebãt.ſ.q̃ omnes angeli vni⁹ hierarchie vel ſaltem vnius ordinis differrent numero:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed cōuenirent in vna ſpecie: ſicut omnes hoīes ſunt vnius ſpeciei hūane: ſed differūt etiā in vno ordine vnus ab altero ſpē: ſicut ouis a capra et equus a leone. Et ꝙ hoc non ſit poſſibile etiam duos angelos: nedū oēs vnius ordinis eſſe vnꝰ ſpēi ꝓbat ſic beatꝰ tho. in pͥma pte. q. 50. Ea que cōueniūt in ſpē ꝛ differūt numero tm̄: cōueniūt ī forma ꝛ diſtinguūtur materialiter: ſed angeli nō ſunt cōpoſiti ex materia ꝛ forma. Dicit. n. dio. 4. c. de diuinis no. ꝙ primo creature ſunt incorporales ꝛ imateriales intelliguntur. Vñ ſequitur ꝙ impoſſibile eſt duos angelos eſſe vnius ſpeciei ſicut eēt impoſſibile dicere: ꝙ eſſent plures albedines ſeparate: cū albedines non ſint plures: niſi ſecundum ꝙ ſunt in pluribus ſubiectis. Dicit enim philoſophꝰ in tertio methaphyſice: ꝙ in his que ſunt eiuſdē ſpēi: nō eſt inuenire prius ꝛ poſterius ſed in angelis etiā vnius ordinis ſunt primi medij ꝛ vltimi ſm dio. ḡ non ſunt eiuſdē ſpēi. Et hīc cōprehēdi pōt mirāda ſpecioſitas ꝛ perfectio talis collectionis angelorū. Nam minimus angelus eſt perfectior: ſm naturam quolibet homine ꝛ quilibet angelus addit vnū gradū perfectōis naturalis ſuper alium īmediate inferiorem: quia ſpēs rerum ſunt ſicut numeri dicit philo. 8. metha. in quibus quilibet numerus addit vnā vnitatem ſuper īmediate precedētē: ſicut trinarius addit vnū ad binariū: ita quilibet angelus: cum ſit alterius ſpēi ab alio addit maiorē perfectōis gradū naturalē: ꝛ ſic etiā maiorē gradū glorie. Cum igitur ſint de infimo ordine ad minus tot numero: quot homines in mundo: quia quilibet habet vnum ad ſui cuſtodiā: ſi erunt dicamus p vnū numeꝝ reſpectu mille miliones gradus maioris perfectionis magis ꝙ̄ primus: ꝛ ſic diſcurrere per alios ordines ſupra poſitos. Benedicite ḡ oēs angeli dn̄m: ſicut opa bn̄dicūt ꝛ laudāt magiſtrū: qn̄ ſunt pulchre facta. Tanta ḡ perfectio ꝛ nobilitas angeloꝝ nobis inſinuat magnificentiam creatoris: ꝛ ſic benedicit deum.

## Secunduꝫ quod eſt cō

ſiderandū in angelis eſt de modo locutionis eorum: quia dicit benedicite. Benedicere eſt dicere bene. Unde ꝛ loquit̄ apl̄s ꝛ dicit. i. cor. 13. Si linguis hoīm loquar ꝛ angeloꝝ: zacha. etiam dicitur ꝙ vnus angelus dixit ad alteꝝ angelum que loquerētur ipi ꝓphete. Eſt ḡ locutio in angelis: ſed non modo noſtro: cū non habeant corpa ꝛ linguā ꝛ huiuſmodi. Ad intelligendū igitur quō angeli loquātur alter alteri eſt notandū ſm tho. in prima pte. q. 107. ꝙ voluntas mouet intellectum ad ſuā operationē. Intelligibile autem ē in intellectu tripliciter. Primo quidem habitualiter vel ſcōm memoriā: vt augꝰ. dicit. // 2° vt actu cōſideratū ꝛ cōceptū. // 3° vt ad aliud relatum. Manifeſtū ē aūt: ꝙ de primo gradu transfertur intelligibile ad ſecundū per imperiū volūtatis. Vñ in diffinitione habitus ponitur. quo qs vtitur cū voluerit. Similit̄ ꝛ d̄ ſcōo gradu trāſfertur in tertiū per volūtatē: nā per volūtatē conceptus mentis ordinatur ad alteꝝ: puta vel ad agendū aliquid vel ad manifeſtandū alteri. qn̄ aūt mens ſe cōuertit ad actum cōſiderādū: que habet in habitu: tunc loquit̄ qs ſibiipi. Nam ipe cōceptus mentis interius v̄bū vocatur ex hoc ꝙ cōceptus mentis angelice ordinatur ad manifeſtandum alteri voluntatē ipius angeli: cōceptus mētis vnius angeli innoteſcit alteri: ꝛ ſic loquit̄ vnꝰ angelus alteri. Nihil ē enim aliud vnū angelum loqui alteri: ꝙ̄ cōceptū ſuū manifeſtare. Cōceptꝰ quidē mentis interior in homine clauditur duplici obſtaculo ne videat̄. // Primo quidē volūtate: que ipm cōceptū mentis vult ad intra retinere ꝛ nō extra manifeſtare. // 2° mō clauditur conceptus mentis hominis alteri per groſſitiem corum: que nō permittit videre interiora: ſed in angelo non eſt obſtaculū corporis: quia nō habet illud: ſed tm̄ voluntatem: qn̄ ḡ vult angelus conceptum ſuū vni manifeſtare ꝛ non alteri: tunc illi loquitur: ꝛ ille intelligit. Alij quibus non vult manifeſtari non intelligūt: ꝛ illis nō dicitur loqui.

## Notandum etiaꝫ quod

angeli alio mō loquūtur deo: alio mō angelis bonis alio mō hoībus. ꝛ deo quidē loqui dicūt vel cōſultādo diuinā voluntatē de agendis: nō ꝙ deus diſcat aliquid ab eis qđ neſciret: ſed ſicut diſcipulus loquitur magiſtro: non vt doceat: ſed vt doceatur: ꝛ ſic tobie dixit angelus raphael: ꝙ obtulerat orationes ſuas deo: quaſi ei loquēs ꝛ cōſulens reſpiciens in verbo eterno: quid eſſet circa illum agendū per miniſteriū ſuū. vel etiam loquitur angelus ad deū eū laudādo de ſalute hominū ꝛ dilatione diuine glorie: ſicut cū nato xp̄o angeli cantabant: gloria in altiſſimis deo ꝛc. luc. 2. vel eius excellētiā: quā nūꝙ̄ cōprehēdit admirando: ſicut dicit grego. 2. mor. ꝙ angeli loquūt̄ deo: cum per hoc ꝙ ſuper metipos reſpiciūt ī modum admirationis ſurgunt: ꝛ ſic intelligitur illa locutio: quā dicit Iſaie. 6. c. audiſſe ſeraphin clamantia. Sanctus ſanctus ſanctus dn̄s deus ſabaoth: vbi innuitur myſteriū trinitatis in vnitate eſſentie: qđ ſumme admirantur: non ignorando ſꝫ venerādo: ꝛ clamo 2 coꝝ innuit vel magnitudinē rei vl̄ magnitudīeꝫ effectꝰ eoꝝ. Et iſta qdē locutio quam faciunt ad deū laudantes ꝛ admirantes ſemper continua eſt in celo ſiue in terra ſint: ſed illa alia qua eius ſapiētiā cōſulūt de agendis nō cōtinua ē: ſed qn̄ aliqd nouū occurrit agēduꝫ per eos: ſup quo illuminari deſiderāt: ꝛ diſtantia localis: vt cū ſūt in terra nobis miniſtrādo: non impedit nec retardat in aliquo cōſultatōem eoꝝ ꝛ manifeſtationeꝫ eis fiendam. Loquit̄ vero angelus ad angelum bonum aliter inferior ad ſuperiorem aliter ſuperior ad inferioreꝫ. Inferior. n. ad ſuperiorem non illuminando de eo quod neſcit circa diuina myſteria vel diſponenda

circa nos:ſed cōceptum ſuum ordinando: vt ei ī
noteſcat per ꝓpriam voluntatē:⁊ hoc non dicit̄
illuminare. Et ſm hunc modum dixerunt ange
li ſuperiores ad inferiores in aſcenſione xpi:vt di
cit dio.de cel'.hierarchia:illud ps. Quis ē iſte rex
glorie. Superiores vero inferiorib⁹ etiā iſto mo
do loqui pn̄t manifeſtādo cōceptum ſuū.ſed etiā
alio mō loquūtur ad eos:illuminando eos circa
diuina myſteria aliqua que neſciunt: ⁊ ſic intel⸗
ligitur glo.ſuper illud. Si linguis hoīm loquar
⁊ angeloꝝ:que dicit ꝙ locutiones angeloꝝ ſunt
illuminationes:quibus inferiores a ſuperiorib⁹
angelis illuminantur. Unde etiā dio.dicit:ꝙ vna
queqꝫ eēntia intelligentiam ſibi a ſuperiori datā
inferiori cōicat.⁊ gregl.ꝙ in patria ſupna quedā
data ſunt excellenter:nihil tn̄ poſſidet̄ ſingularit̄
Et ꝙ magiſter.2.ſen.dicit di.ii.ꝙ quedā cogno⸗
uerunt ſuperiores angeli circa myſteriū incarna⸗
tionis:que fuerūt ignota inferioribus quouſqꝫ ī
pleretur:qđ videt̄ per hoc:ꝙ interrogantibus in
ferioribus angelis q̄ſi ignorantibus. Quis ē iſte
rex glorie? Rn̄.ſuperiores. Dn̄s virtutū ipſe ē rex
glorie:q̄ſi ſcientes vt exponit dio.non ſic illud ē
intelligendū dicit tho.in prima pte.q. 16.ꝙ infe
riores angeli ignorauerunt myſteriū incarnatio
nis penitus:ſed quia non ita plene cognouerunt
ſicut ſuperiores :⁊ ī ei⁹ cognitione ꝓfecerūt poſt
modū dum impleretur:⁊ vſqꝫ ad diem iudicij ſē
per aliqua noua angelis ſuperioribus reuelantur
diuinitus de his que pertinent ad diſpōem mun
di:⁊ precipue ad ſalutē electoꝝ vn̄ ſemper rema
net. Un̄ ſuperiores angeli inferiores illuminent:
ſemꝑ tn̄ remanēt ſuperiores ī eminentiori ſcia q̄ꝫ
inferiores:ſicut magiſter circa vnū ⁊ eandē rem
quā docet diſcipulū:quā ipſe diſcipulus loquitur
.3.angelus ad hoīes aliquādo in forma humana
apparens ſicut angeli qui apparuerūt apl'is:p⁹q̄ꝫ
xps aſcendit:vt duo viri q in veſtibus albis dix⸗
erunt:viri galilei qđ ſtatis ⁊c.actu.i. Et cū appa
ruit abrae ⁊ loth ⁊ iacob ⁊ multis alijs. Aliquan
do vero ſine forma humana aſſūpta:⁊ hoc vel ī
viſione ſenſibili:vt cū apparuit ī rubro moyſi in
de ei loquēs:vel in mēte ſua exprimendo verba
legis.angelus.n.fuit:vt dicit apl's ad gala.4. Da⸗
ta per angelos vel in viſione imaginaria:vt hie⸗
re.i.cui dicenti. Uirgā vigilantē ego video:dic⸗
tum eſt ibi bene vidiſti:quia vigilabo ego ſuꝑ v̄
bo meo vel viſione ītellectiua:iuxta illud ps. au
diā qđ loquatur in me dn̄s de⁹:vel illud. Signi⸗
ficauit deus que oportet fieri cito loquens ꝑ an⸗
gelū ſuū ſeruo ſuo. Jo.apo.i. Uidentur tūc ille vi
ſiones magis fuiſſe imaginarie q̄ꝫ ītellectiue. Sꝫ
quomōcūqꝫ ſit oēs ꝓphetie ſeu reuelatōes diui
ne que fiūt hoībus:fiunt myſterio angeloꝝ. Lo⸗
quūtur etiā angeli hoībus ſine reuelatōibus ꝓ⸗
pheticis:que eos inſtigant ad bonū ⁊ ad recedē⸗
dum a malo:ſicut in figurā habet̄:actu.12.de an⸗
gelo:qui apparuit petro incarcerato dormienti:
qui debebat occidi dicente vt exiret ⁊c. Sic an⸗
gelus peccatorem incarceratū a diabolo: vt ab
herode:qui intendit eū perdere īſtigat vt ſurgat
et exeat primā portā.ſ.duritie cordis ꝑ cōtritōeꝫ
ꝑ ſcōam taciturnitatis oris per cōfeſſionē:per ter
tiam ferreā.ſ.retentionis alieni per ſatiſfactioneꝫ
Et helie dormienti:queꝫ angelus excitauit ⁊ di
xit. Surge comede adhuc tibi grādis reſtat via.
3.re.19. Significat helias hoīeꝫ ſanctū: qui aliqn̄
ex tribulationibus vel tentationibus attediatur
⁊ quaſi dormitat:ſed angelus bonus ſtimulat in
terius vt ſurgat ad bona opera cōtinuāda: vt ſit
fortis ſuggerit:vt meditetur paſſionē xpi: hoc ē
comedere panem ſubcinericiū.meditetur exēpla
ſacre ſcripture ⁊ doctrinā ei⁹:hoc ē bibere aquaꝫ
⁊ ex hiſ cōualeſcet ⁊ fortificat̄ ad ambulādū per
viā virtutū vſqꝫ ad montē dei viſionis. Quia igi
tur angeli quōcūqꝫ loquantur ſiue ad deum ſiue
ad angelos ſiue ad hoīes ſemꝑ bn̄dicunt:quia di
cunt bn̄. Benedicite oēs angeli:ſm hoc pſalmi⸗
ſte imitemur eos vt cōſortes ⁊ cōciues nr̄os ſem
per dicendo: Benedic aīa mea dn̄m.

## Quantum ad tertium.

de eorum vigoroſitate:dicit ps.potentes virtu⸗
te. ¶ Ubi ſciendū:ꝙ virtus aliqn̄ ſignificat potē
tiam naturaleꝫ:⁊ ſic dio.dicit in angelis eſſe vir
tutem ⁊ opationē diſtinctā. Aliqn̄ importat ha⸗
bitum bonū:⁊ ſic philoſophus diffinit virtutem
ꝙ bonū facit habētem ⁊ opus eius bonum red
dit. ¶ Aliqn̄ virtus ſignificat ꝓprietatē vtilis ef
fectus:ſicut dicimus talem herbā habere talem
virtutem:⁊ ſic ēt ps.dicit. Spiritu oris eius oīs
virtus eoꝝ.ſ.apl'oꝝ vocādo virtutē effectus mi⸗
raculoſos:qui ꝓcedebant ab eis ꝑ ſpiritū ſanctū
Omnibus his modis angeli ſunt potentes virtu
te. Nam virtute potentie naturalis.ſ. intellectus
⁊ voluntatis mirabiliter ſunt potentes. Non eni
ad hoc vt intelligant aliquid:oꝫ eoſ ſillogizare.i.
diſcurrere de noto ad ignotum:aut cōponendo ⁊
diuidendo:vt nos facimus ꝓpter debilitatem lu
minis intellectus noſtri ſed ſtatiꝫ cognoſcūt ipſaꝫ
eſſentiā rei:⁊ qđ ei cōuenit vel nō conuenit. Et
hinc eſt ꝙ in intellectu eoꝝ non pōt eſſe falſitas
Dicit enim philoſophus in.3.de anima:ꝙ intelle
ctus ſemper ē verus:⁊ auguſ.ꝙ nil intelligitur ni
ſi verū.angelus aūt cognoſcit intelligendo:vnde
⁊ intellectuales dicuntur non rationales ꝓprie:
vt nos qui ratiocinando.i.diſcurrēdo de vno ad
aliud ꝓcedimus:⁊ medijs ſepe deficimus. vnde
⁊ erramus propter quod dicitur Job. ¶ Tene⸗
bris inuoluimur.ſ.ignorantie ⁊ erroꝝ.habꝫ au
tem duplicem cognitionē.ſ.matutinam ⁊ veſper
tinam:ſm augl.ſuper gen̄.ad litteram:⁊ ideo po
tentes virtute intellectiua. Appellatur aūt cogni
tio matutina in eis:que eſt perfectior. Eſt alia co
gnitio rerum quā habent in verbo.i.videndo di
uinam eſſentiam. In verbo enim dei ſeu diuina
eſſentia ab eterno extiterūt:⁊ ſunt rationes om⸗
nium rerum tam ſpiritualium q̄ꝫ temporalium

vel corporalium creaturarum. vnde angeli ſan-
cti videntes diuinam eſſentiaꝫ clare: que dici po
teſt viſio meridiana: vt perfectior: vident etiam
⁊ cognoſcunt naturas ⁊ eſſentias omnium crea-
turarum: ⁊ hac viſione omnia creata ſimul intel-
ligunt ⁊ vna ſpecie intelligibili circa diuina. Et
hoc eſt quod dicit aug⁹. 15. de trinitate: ꝙ in pri-
ma non erunt volubiles noſtre cogitationes ab
alijs in alia euntes atqꝫ redeuntes: ſed omnē ſciē
tiam noſtram ſimul vno conſpectu videbimus: ⁊
hec dicitur viſio matutina. Et hanc cognitionem
ſcilicet diuine eēntie rerum creaturarum in ea nō
habent aliquando in potentia aliqn̄ in actu ſed
ſemper habent in actu quia in hoc conſiſtit beati
tudo que non conſiſtit in habitu ſed in actu ſm
philoſophū in primo ethicor. Et quod dicit pri
ma petri. i. c. in quem deſiderant angeli proſpice
re: illud deſiderium non excludit rem deſidera-
tam: ſed faſtidium ſm grego. Habet ſecundario
alium modum cognitionis rerum creaturarum
videlicet per ſpecies intelligibiles eis inditas per
fecte res repreſentantes: fantaſiam enim non ha
bent ſicut nec corpus: ⁊ per vnam ſpeciem intelli
gibilem intelligunt ad eam ſe conuertendo: non
quidem alia intelligibilia: que per alias ſpecies
intelligibiles repreſentātur: ſed omnia ſimul: que
vna illa ſpecie repreſentantur: ſicut ſpecie intelli
gibili: quā habent in mente de natura humana: ī
telligunt ſimul omnia que pertinent ad hominē
ſm naturā. Et hec dicitur viſio veſpertina: adeo
autem ſunt potentes virtute: ꝙ cognoſcunt ſeip-
ſos angeli per eſſentiam ſuam: cognoſcunt ⁊ oēs
alios angelos per ſpecies eis inditas. Cognoſcūt
⁊ materialia ꝑ illas ſpecies. quicquid eni poteſt
virtus inferior poteſt ⁊ virtus ſuperior: ſed intel
lectus hominis qui eſt inferior intellectu angeli-
co ſm naturam intelligit res materiales: ergo et
angelus: ſed hoc agit non abſtrahendo a fantaſ-
matibus: vt homo: ſed per ſpecies inditas. Cog-
noſcit virtus intellectiua angeli etiam ſingularia
q̄uis enim quidam hoc negauerint. hoc repro-
bat bea. tho. in prima parte. q. 57. Primo quia
derogat catholice fidei que ponit hec inferiora
adminiſtrari per angelos: ſm illō ad heb. 3. Om
nes adminiſtrationes ſpiritus ſunt. Si autem ſin
gularium noticiam non haberent: nullam ꝓuidē
tiam habere poſſent de his que in hoc mundo
aguntur. Et hoc eſt contra. eccle. 5. Ne dicas co-
ram angelo non eſt prouidentia. Cognoſcunt er-
go ſingularia non ſolum in cauſis vniuerſalibus
quia hoc nō ē cognoſcere rōeꝫ vt eſt ſingulare. i.
ꝓut eſt hic ⁊ nunc: ſed homo cognoſcit diuerſis
viribus cognitiuis omniū rerum genera: intelle-
ctu quidem vniuerſalia ⁊ īmaterialia: ſenſu aūt
corporalia ⁊ ſingularia: ita angelus per vnam in
tellectiuam virtuteꝫ vtraqꝫ cognoſcit. Futura au
tem contingentia: ꝓut ꝓcedunt ex cauſis: prout ī
pluribus per coniecturam cognoſcere poſſunt:
non per certitudinem: ſicut medicus de ſanitate

vel morte infirmi: ꝓut autem futura cognoſcun-
tur in ſeipſis non cognoſcunt: ſed ſolus deus. Si-
militer cogitationes hominum ⁊ affectiones vo
luntatis: ꝓut manifeſtantur per aliquem effectuꝫ
exteriorem: vt per verbum vel aliud ſignum: vt
per immutationem vultus ⁊ huiuſmodi multo
ſubtilius q̄ꝫ homo: ſed ꝓut cogitationes ſunt in
intellectu ⁊ affectiones in voluntate: ſolus deus
nouit non angeli. Cognoſcunt etiā angeli myſte
ria gratie: incarnatōis: ⁊ oīa que ꝓphete ꝓnunci
uerunt. Nam ꝓphete per angelos inſtruuntur.
ſm dio. ſed non cognoſcunt iſta naturaliter ſeu ꝑ
ſpecies inditas: ſed per viſionem quā habent ī v
bo nec omnes angeli equaliter cognoſcunt my-
ſteria gratie in verbo: ſed ꝓut voluerit eis reuela
re: ita tamen ꝙ ſuperiores angeli plura myſteria
⁊ altiora in dei viſione cognoſcunt: que inferio-
ribus manifeſtant eos illuminando. Sunt inſuꝑ
angeli potentes virtute voluntatis: quia vtiqꝫ ha
bent liberum arbitrium: ſicut ⁊ homo: alias eēnt
minoris dignitatis: ſed ita eſt potens ⁊ firmatum
per dei gratiam: ꝙ non poſſūt declinare ad ma-
lum: ſicut nos: nec hoc pertinet ad defectum ꝑpo-
tentie: ſed magis poſſe peccare ⁊ deficere perti-
net ad īpotentiam ſicut ⁊ deus non ꝓpterea non
dicitur omnipotens: quia nō poteſt peccare. Rō
quare angelus beatus peccare non poteſt: eſt ſm
tho. i. pte. q. 62. quia videt deum per eſſentiā. Eſ-
ſentia autem dei eſt ipſa eſſentia bonitas. vn̄ hoc
modo ſe habet angelus videns deum ad ipſum
deum: ſicut ſe habet quicunqꝫ non videns deum
ad communem rationem boni. Impoſſibile eſt
autem ꝙ quis aliquid velit vel operetur: niſi at-
tendens ad bonū: vel ꝙ vellet diuertere a bono
inq̄ꝫtum huiuſmodi. Sic igitur angelus beatus
non poteſt velle vel agere: niſi attendens ad deū
Sic autem agens vel volens non pōt peccare.

Quarto dicuntur potē

tes virtute: ꝓut importat habitum. Nam in prin
cipio creationis eorum fuit eis infuſa gratia: ex q̄
fluunt omnes virtutes. q̄uis enim aliqui dicant
ꝙ fuerunt creati in naturalibus tantum: dicit ta-
men tho. in prima parte. q. 62. ꝙ tenendum vide
tur ꝓbabilius ⁊ magis conſonat dictis ſanctorū
ꝙ fuerunt creati in gratia gratum faciente nō au
tem in beatitudine perfecta glorie. Nam cum ta
lis beatitudo excedat naturam ſeu virtutem na-
ture create: non poteſt peruenire ad eam niſi per
meritum operis alicuius in gratia: nec hō nec an
gelus: ſed per primum actum charitatis: conuer-
tendo. ſ. ſe ad deum diligendum: ſtatiꝫ meruit be
atitudinem glorie: ita ꝙ ſi tunc decederet euola-
ret: niſi haberet impedimentum aliqō: ſicut ī his
qui in morte tranſeunt ad purgatorium. Aliqui
tamen dicunt: ꝙ angeli meruerunt gloriam ꝑ ea
opera: que iam beati operantur in miniſterijs di
uinis: quod tamen dicit tho. non videtur rationa
biliter dictum: vt qui eſt in termino. i. ī gloria mo

y

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ueatur ad terminū per meritū. Vn̄ dicit ꝙ pꝰ cō/
ſecutōem glorie que fuit ſubito per vnicū actum
gratie cōuerſionis in deū: non pōt augeri in pre/
mio eſſentiali glorie āplius. Et q̄uis dicant aliq
ꝙ augetur in eis premiū accidētale ꝑ miniſteria
nobis exhibita vſqꝫ ad diē iudicij: dicit tn̄ ipe ꝙ
melius dicitur: ꝙ nullo mō aliqs beatus mereri
pōt: niſi ſit ſimul ⁊ viator: ſicut xp̄s. Gaudiū ḡ qḋ
angeli hn̄t de cōuerſione peccatoris: qꝛ dr̄ luc. 
15. Gaudiū eſt angelis dei ſuꝑ vno peccatore pe
nitentiā agente: illud gaudiū magis acquirūt ex
virtute beatitudinis: q̄ꝫ illud mereamur: ⁊ ſic nō
pertinet ad meritū: ⁊ ſm̄ q̄titatē ſuoꝝ naturaliū
cōſecuti ſunt quātitatē gratie ⁊ glorie: exinde ſm̄
tho. vbi ſupra. q. 62. Et hoc eſt qḋ dicit magiſter
in. 2. di. 3. ꝙ angeli qui creati ſunt magis ſubtiles
⁊ ſapiētia perſpicaciores: hi maioribus muneribꝰ
gratie prediti ſunt: angeli ḡ qui meliorē ⁊ perfe/
ctiorē naturā acceperūt rōnabile eſt: ꝙ fortius ⁊
efficacius ſint ad deū: ī illo primo actu ad deum
cōuerſi: ⁊ ſic meruerūt maiorē gradū glorie.

## Notandum etiam ſecū

dū tho. in prima pte. q. 62. ar. 1. ꝙ beatitudo dicit̄
ſeu intelligitur vltima perfectio creature rationa
lis vel intellectualis: ⁊ inde ē ꝙ naturaliter deſi/
deratur: qꝛ vnūqḋqꝫ naturaliter deſiderat ſuam
vltimā perfectionē. Vltīa aūt perfectio creature
rationalis vel intellectualis eſt duplex: vna quaꝫ
pōt aſſequi virtute ſue nature. Et hec quodāmō
beatitudo vel felicitas dicit̄. vn̄ angelis perfec/
tam hominis cōtemplatōem: qua optimū intelli
gibile: qḋ eſt deus cōtēplari pōt: dicit eſſe vltimā
hominis felicitatē: ſed ſuꝑ hanc felicitatē eſt alia
hominis felicitas: quā expectamus in futuro: q̄
videbimus deū ſicuti eſt: qḋ quidē ē ſupra cuiuſ
libet intellectus creati naturam.

## Quantum ergo ad pri/

mam beatitudinē quā angelus aſſeq virtute ſue
nature potuit: fuit creatus beatus: qꝛ ꝑfectōeꝫ hu
iuſmodi angelus nō acqrit per aliquē diſcurſiuū
motū vt hō in meditando ⁊ cōtēplando ſed ſtatī
ei adeſt cognitio ꝑfecta rei ꝑꝑ nature ſue dignitatē
ſꝫ vltiāꝫ btitudinē q̄ facultatē natur̄ excedit: āgeli
n̄ ſtatī a principio ſue creationis habuerūt: quia
hec beatitudo nō ē aliqd nature: ſed nature finis
⁊ iō nō ſtatim a principio habere debuit: ſed ad
eam per ſuā operatōem gratia tn̄ informatā per
uenire. Angeli autē cōfirmati in gloria potentes
remanent in virtute charitatis: que nō excidit: ſꝫ
perficit̄ in prima. Cōtinue ḡ feruntur in deū actu
feruētiſſimo charitatis: ſm̄ illud p̄s. 103. Facis an
gelos tuos ſpūs ⁊ miniſtros tuos ignē vrentē vl̄
flāmam ignis ſm̄ aliā trāſlationē: maxima etiaꝫ
charitate nobis deſeruiunt: vt pꝫ in angelo rapha
ele: qui ſociauit thobiā ꝑ viā ⁊ defēdit a piſce vo
lente eū deuorare: ⁊ inſtruxit de matrimonio cō
trahēdo: exegit ꝓ eo debitū a gabello: reduxit in
columem ad domū ⁊ patrē illuminari fecit. Et ſi
militer de angelo: qui precedebat populū dei de
egyto egreſſū per deſertū ambulantē ī die ī colū
na nubis ſe extendēs ⁊ oſtēdēs: in nocte vero in
colūna ignis vſqꝫ ad terrā ꝓmiſſionis. Vn̄ dixe/
rat deus. Precedet te angelus meꝰ: ḡ ⁊ viceuerſa
nos vt ꝓximos noſtros: noſtri valde dilectores
debemus diligere. Sunt etiā virtute potētes: qꝛ
multos miros effectus faciūt in mūdo. ipi enim
ſunt motores orbiū: per miniſteria eoꝝ miracu/
la fiunt: vt grego. dicit ꝙ nō ipi ꝓpria virtute im
mutent naturas rerū: qꝛ hoc dei ē: ſed aliqua cir
ca ea miniſterialiter ſeu inſtrumentaliter operan
tur. ipi enim mittent̄ ad vocandū hoīes ad iudi
cium: vt dicitur mat. 13. Cineres. n. hominū reſuſci
tandorū preparabūt. Exibūt etiā angeli ⁊ ſepa/
rabunt malos de medio iuſtoꝝ: ⁊ mittent eos in
caminū ignis: mat. 13. Precipue aūt michael: qui
fuit princeps ſynagoge. vn̄ apparuit et venit ī ad
iutoriū angelo qui locutꝰ ē danieli. Daniel ꝓ li/
beratione populi iſrahel: de babylonia nūc auteꝫ
princeps eccleſie ad eā defenſandā: ipſe conſurgꝫ
tp̄e iudicij cōtra antixp̄m: tūc conſurget michael
pīceps eccleſie ad eā defenſandā. dan̄. 12. Gabri
el nūciauit marie cōceptum filij dei ⁊ zacharie na
tiuitatem Jo. bap. ex eo. raphael etiam tribulatō
nem a tobia ⁊ ſara amouit conſolans eos multi/
pliciter: ⁊ ſic quia potentes virtute debemus eos
honorare. Patet etiam virtuſ angelica ex hoc ꝙ
motus angeli de loco ad locū: ⁊ ſi nō ſit in inſtan
ti ſm̄ tho. in prima pte. q. 53. ſed in tp̄e ſm̄ p̄us et
poſterius: qꝛ prius in vno loco: poſtea in alio eſt
quaſi in ſubiecto cū mouetur de celo ad terrā: qꝛ
enim ſubſtātia angeli non eſt ſubdita loco: vt cō
tenta ab eo: ſicut corpora: ſed eſt ſuperior loco. ſ.
vt continens ipm̄ ſua virtute: iō in poteſtate ſua
eſt applicare ſe loco ꝓut vult: vel per mediū tran
ſeundo de loco ad locū vel ſine medio de vno lo
co ad aliū. Ubi etiā ſciendū ꝙ diuerſimode con
uenit corpori angelo: ⁊ deo eſſe in loco. Naꝫ cor
pus eſt in loco circūſcriptiue: qꝛ cōmenſuratur
loco ⁊ continetur ab eo: angeluſ aūt nō eſt in loco
circūſcriptiue: cū nō cōmenſuretur loco: ſed diffi/
nitiue: qꝛ cum ē in vno loco non eſt in alio. Deus
autē neqꝫ circūſcriptiue neqꝫ diffinitiue: ſed vbi/
qꝫ ē: dicitur āt angelus eſſe: vbi operatur: ſm̄ da
maſ. totū illud: cui applicatur īmediate virtus an
geli reputatur vt vnus locus: licet ſit cōtinuū ſm̄
tho. in prima pte. q. 52.

## Quantum ad quartuꝫ

de obediētia ipoꝝ dicitur: qui faciūt verbum eiꝰ
ſcilicet dn̄i dei: verbū dei hic innuit viſionē eius
⁊ voluntatē: quā eis inſinuat in eis aſpiciendo.
In cōi aūt vult ⁊ mādat eis: vt miniſtrent nobis
⁊ cuſtodiant nos ſm̄ illud ad hebre. oēs admini
ſtratorij ſpiritus ſunt miſſi in miniſteriū eoꝝ: qui
hereditatē capiunt ſalutis: ⁊ in p̄s. Angelis ſuis
deus mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vijs tuis. Habet enim ordo diuine prouidentie; vt inferiora regantur per ſuperiora homines per angelos ⁊ hoc non vt ipſa non poſſit per ſe immediate totum in omnibus operari: ſed voluit ⁊ in hoc communicare bonitatem ſue virtutis: vt ⁊ creature cooperarentur cum eo in mundi gubernatione.

## Scienduꝫ autem quod

tificati ſunt alij cruci affixi: alij lapidati: alij deco
riati: alij aquis ſubmerſi: alij ignibus cōbuſti: ali
is beſtijs deuorādi traditi: alij pectinibꝰ ferreis
dilaniati: alij in aqua feruenti: vel oleo bulienti:
vel plūbo liquato īmiſſi: alij mēbris minutatim
truncati: alij plumbatis virgis diutiſſime ceſi:
alij fame cruciati: alij in plagis acceptis aceto ⁊ ſa
le confricati vſqꝫ ad viſcera patentia abraſi. Et
quia imitati ſunt chriſtum in morte ſua: ideo co-
ronas triumphales a chriſto meruerunt. Et vt di
citur di. 15. ſancta romana. credendum eſt ꝙ iſta
tormenta non propria virtute: ſed diuina patien
ter tolerauerunt: tantum erat gaudium partis in
ferioris ⁊ ſuperioris a deo illuſtrate ad guſtādū
premium glorie eis paratum: ⁊ ex conformitate
voluntatis eorum ad voluntatem diuinam: ⁊ ad
imitandum xp̄m dominum ſuum in paſſione tm̄
deſiderium ꝙ redūdabat illa leticia ⁊ conſola-
tio ad partem ſenſitiuā ⁊ refrigerium preſtabat:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt minus ſentirent illas penas. Unde ⁊ de lauren-
tio tormenta ſuſtinenti ambro. vel maximus ait.
Corporali laborabat incendio ſed diuinꝰ amor
naturalem reſtrinxit ardorem. Et quãuis rex im
probus ligna ſubijceret incendia maiora ſuppo-
neret: tamen beatus Laurentius has flammas fi
dei calore non ſentit: ſuperari charitas chriſti
flamma ignis non potuit: et ſegnior fuit ignis:
qui foris vxit quã qui intus accendit. ¶ Neqꝫ
enim beatus laurentius ignis tormenta apposita
viſceribꝰ ſentire poterat: qui ſenſibus paradiſi re
frigerium poſſidebat. Idem ſeuiſſimam perſe-
cutoris flammam ſuperare non potuit: quia lon
ge ardentius veritatis radijs mens eius accenſa
feruebat: ⁊ amore veritatis accenſus appoſitam
ſibi extrinſecus flammam aut non ſenſit aut vi-
cit. Et hinc eſt ꝙ in tormentis gaudebant: tyran-
ni inſultabant ad alia tormenta eis inferenda: in
uitabant verba oſtenſiua magne dulcedinis quã
ſentiebant deprõebãt. Laurentius ad decium
Diſce miſer ꝙ carbones tui mihi refrigerium pre
ſtant: ⁊ iterum aſſatum eſt vnum latus verſa ⁊
manduca. Et vincentius aſſumptus ex culeo at
qꝫ ad patibulum raptus mores carnificum argu
endo ad penam alacriter ꝓperabat. Et ad datia
num dicentem ſibi: vbi nunc miſerum corpꝰ tuũ
cernis. Reſpondit infelix has epulas ſemper op
taui. Et marcus ⁊ marcellianus ad prefectum cũ
haberent pedes affixos clauis nunqꝫ ſic bñ epu
lati ſumus: vtinam permittas nos in his diu per
manere. Et tyburcius cum nudis plantis ſuper
carbones viuos incederet: dicebat: videtur mi-
hi ſuper roſeos flores incedere in nomine domi-
ni mei ieſu chriſti: ⁊ glorioſa agatha que glorian
ter ibat ad carcerem: quaſi ad epulas inuitata di
cebat quintiano iudici cũ torqueretur. Ego ita
delector in his penis: ſicut qui audit bonum nun
cium vel videt amicum diu deſideratum vel in
uenit theſauros magnos. Et beata catherina ad
maxentium imperatorem ait. Quecunqꝫ tormen
ta potes cogitare ne differas: quia carnem ⁊ ſan-
guinem meum chriſto offerre deſidero: ſicut ipſe
ꝓ me. Et beata andriana damaſcena que cũ tor
queretur a tyranno dicebat: miſer gaudium mi-
hi preſtas: tibi ſuppliciũ auges.

## Tertium quod requiri-

tur ad ſanctum martyrium eſt conſtantia vſqꝫ in
finem. Aliqui enim fideles ſuſtinuerunt aliqua
tormenta: in quibus grauioribus additis defece
runt a veritate. Sed qui perſeuerauerit vſqꝫ in fi
nem: hic ſaluus erit ait dominus in euangelio. Et
hoc innuitur cum dicit in pſ. Eſtimati ſumus ſicut
oues occiſionis a ſtultis: eſtimatio eſt ſicut mors
beſtiarum que ꝓ nihilo ducuntur ad occiſionẽ
ſm illud ſapientie. Viſi ſunt oculis inſipientium
mori: ⁊ eſtimata eſt afflictio exitus illorum. Sed
apud ſapientes. In paucis vexati in multis bene
diſponentur ſm opi. ⁊ fidem: ⁊ ſicut ouis vſqꝫ ad
finem vite cum occiditur dicit bene: ita marty-
res benedicebant deum in ſua occiſione ſequen
tes dominũ: de quo Iſa. 53. dicitur. Sicut ouis
ad occiſionem ducetur: innocens ⁊ ſine querela
que occiſio fuit reputata pro nihilo: ſed inde ſecu
ta eſt multiplex vtilitas ſecundum quod predix
erat. Io. 12. Si granum cadens in terra mortuũ
fuerit multum fructum affert: ⁊ in hymno. Cedũ
tur gladijs ſcilicet martyres more bidentium: nõ
murmur reſonat: non querimonia: ſed corde taci
to mens bene conſcia: conſeruat patientia. Ubi
ſciendũ ꝙ fructus martyrij ẽ triplex ſeu vtilitas.
Primus tangit ꝓprium ſubiectum.
Secundus inſtruit omnem populum.
Tertius adducit magnum ſuffragium.
Prima vtilitas martyrij eſt ipſius ſcilicet remiſ
ſio omnis culpe ⁊ pene debite et ſubita euolatio
ad celum: vnde in hoc excedit baptiſmum: quia
adultus baptizatus non ficte aliquando non reci
pit remiſſionem omnis culpe: puta venialis: ſi eſt
fixio in illo nec ſubito euolat: quia non tunc mo-
ritur: ſed aliquando poſtea efficitur malꝰ ⁊ repro
bus. Unde cyprianus in ſermone martyꝝ. Mar
tyrium eſt delictorum finis periculi terminꝰ dux
ſalutis patientie magiſter domus vite. Non ob-
ſtat quod de ſanctis martyribus legitur apo.
ꝙ ſub throno dei clamant dicentes. Uſquequo
domine ſanctus ⁊ verus non iudicas ⁊ vindicas
ſanguinem noſtrum qui effuſus eſt ſuper terram
Unde poſſet alicui videri ꝙ appetant vindictam
de inimicis que prohibetur: vel etiam ꝙ non ſint
perfecte beati: quia non impletur deſiderium eo
rum: cum vindicta non fiat multotiens de illis.
Sed reſpondetur ſm grego. in moralibus ꝙ ta-
lis locutio non eſt aliud niſi deſideriũ quod ha
bent de rehabitione corporum ſuorum natura-
le: quod non implebitur niſi in fine mundi quan
do fiet vindicta de malis hominibus: quod qui-
dem deſiderium ſubijcitur voluntati deliberate
eorum: que conformis eſt voluntati diuine: quã
vident eſſe de dilatione iudicij quouſqꝫ numerꝰ
electorum impleatur: ⁊ de hac expectatione refi-
ciuntur propter electos qui debent aſſumi ad
eos: ⁊ propter voluntatem diuinam: ⁊ hoc eſt
quod ibi dicitur. dictum eſt illis ꝙ expectarent
adhuc modicum: donec impleatur numerus con
ſeruorum eius. Et prius dicitur. Date ſunt illis
ſingule ſtole albe. i. gloria anime: alias corporis
ſine anxietate expectant. ¶ Secundus fructus ẽ
quia inſtruit populum. Dicit auguſtinus ꝙ mun-
dus iſte contẽnatur cum ſuis amoribus erroribꝰ
⁊ terroribus ſanctorum martyria nos docuerũt
Date enim ſunt nobis in exemplum vite noſtre
vt aggrediamur ardua ſufferamus aduerſa non
refugiamus cum expedit ipſa etiam mortis tor-
menta que eſt vltimũ terribiliũ. Nã ⁊ martyres
ſimiles nobis fuerũt paſſibiles: ⁊ aliq valde deli
cati ⁊ iuuenes ⁊ potentes: ⁊ tamẽ omnia contem
pſerunt propter xp̃ꝫ ⁊ mortem ſubierũt. Chryſo.

Tu xpianus delicatus es miles ſi putas te ſine pu
gna vincere ſine certamine triūphare:exerce vi/
res fortiter:dimica atrociter in prelio iſto concer
ta:conſidera pactum quod ſpopondiſti:conditō
nem qua accepiſti militiam cui nomen dediſti:
hoc pacto cuncti pugnant:hac conditione vniuer
ſi vicerunt.Conſtantia martyrum multum traxit
mundum ad fidem cu₃ doctrina ⁊ miraculis.vn̄
grego.ad hoc oſtendendum inducit figura₃ i.30.
mor.de militibus gedeonis qui pugnauerunt cō
tra madianitas.120.milia:cum ipi eſſent tm̄.300.
electi per hanc ꝓbationem:quia bibētes ad flu/
men non flexerunt genu:ſed manu aquā ꝓijcie/
bant ad os.Hi ergo pugnantes vicerunt cum tu
bis lagenis fractis ⁊ lampadibus accenſis:ſic mi
lites chriſti martyres intrepidi qui non deflectū
tur ad iſta temporalia:ſed tm̄ neceſſaria capiunt
cum fide perfecta trinitatis hoc ſignificat nume/
rus trecentoꝝ ⁊ cruci xpi ſignate in lr̄a.t.que ē p
ma huius vocabuli.300.tubis ideſt predicationi
bus inſonantibus exinde confractis lagenis ter/
reis.i.corporibus ſuis per diuerſa martyria lam
padibus accenſis remanentibus.i.coruſcatione
miraculoꝝ:que fecerunt martyres poſt coꝝ mor
tem:ſic triumpharunt de mundo ⁊ diabolo.
De tertio fructu dicit auguſtinus.O immenſa dei
pietas que martyrum merita vult eſſe noſtra ſuf
fragia:illos examinat:nos erudiat:illorum cruci
atus noſtros vult eſſe profectus.Item hiero.cō
tra vigilantium.Si martyres adhuc in corpore
poſiti poſſunt orare pro nobis ceteris quādo ad
huc pro ſe ſolliciti eſſe deberent:q̄nto magis poſt
coronas victorias ⁊ triūphos.Inducit exemplū
moy.orantis ⁊ veniam impetrantis ꝓ populo:⁊
ſtephani orātis in ſuo martyrio ⁊c.ipi nō idigēt
orationibus noſtris:quia vt dicitur ex̄ de cele.
miſ.c.cum marthe.Iniuriam facit martyri qui
orat pro martyre:ſed nos eorum ſuffragijs ege/
mus:ita autem ſunt efficaces orationes martyꝝ
vt dicit aug⁹.in ſermone prothomartyris ſtepha
ni:ꝙ niſi ſtephanus ꝓ ſaulo oraſſet:eccleſia dei
paulum non habuiſſet.

¶ De confeſſoribus in quadruplici genere ſcilicet
pontificum doctorum religioſorum ⁊ aliorum
bonorum.c.10.

**Confitebuntur celi**
mirabilia tua domine:⁊ enim veritate₃
tuam in eccleſia ſanctorum.ps.Celi poſſunt dici
omnes iuſti inq̄ntum deus habitat in eis:ſicut di
citur habitare vel eſſe in celis ſm̄ illud pater no/
ſter qui es in celis ⁊c.mat.6.celum mihi ſedes eſt
inquit ipſe deus Iſa.vlti.Et quia anima iuſti ſe/
des eſt ſapientie.i.dei recte ſecundū grego.iuſto
rum congregatio dicitur regnum celoru₃.Si au
tem iuſtis non datur aliqua prerogatiua ſcilicet
apoſtolatus euangeliſte vel martyris aut virgi/
nis retinent ſibi cōiter nomen confeſſoris:ſicut ḡ
per orbem terrarum deum ſancta confitetur ec/
cleſia militantis:ita ⁊ in triūphanti ipm trinum ⁊
vnum voce confitentur vnanimes omnes electi
Confitebūtur ergo celi.i.confeſſores mirabilia
tua domine.Confitebuntur quidem mirabilia
potentie tue qua ex nihilo cuncta creaſti in tāta
virtute ⁊ multitudine.Confitebuntur ⁊ mirabi/
lia ſapientie tue qua ea que nec oculus vidit nec
auris audiuit nec in cor hominis aſcendit:que p̄
parauit diligentibus ſe ⁊ alia diuina myſteria re
uelauit nobis per ſpiritum ſanctum.i.cor.3.Con
fitebuntur ⁊ mirabilia tue dilectionis ⁊ beniuolē
tie qua dignatus es noſtram mortalitatem ſuſci
pere ac mortem in redēptionē noſtram ſubire.O
certe mira circa noſ tue pietatis dignatio.O inex
timabilis dilectio charitatis vt ſeruum redime/
res filium tradidiſti:grego.ait.Confitebunt̄ mi/
rabilia tue prudentie qua manum tuam aperis
⁊ imples omne animal benedictione in ps.Quis
iſta mirabilia facere poteſt.Iob.Qui facit ma/
gna ⁊ mirabilia ⁊ inſcrutabilia abſq₃ numero.¶
Quis ad iſta non obſtupeſcat:quis non reuerea
tur:quis non confiteatur ⁊ laudet?Certe ſi tacēt
homines:lapides clamabunt ⁊ confitebuntur ele
menta ⁊ ſydera.Sed tripliciter confitentur celi
ideſt homīes iuſti iſta mirabilia.¶Primo cor/
de credendo ⁊ venerando.¶Scd̄o ore ꝓdcdo
⁊ collaudādo.¶Tertio opere recte ꝓ eo operā
do.¶Debent enim celi.i.iuſti homines confiteri
mirabilia dei credendo ipſa facta ⁊ honorando
⁊ colendo mente vt principium ⁊ finem omniū
⁊ ab eo cuncta recognoſcere.ps.Confitebor tibi
domine in toto corde meo:narrabo tibi omnia
miracula tua.Debent celi confiteri ore ipm ō mi
rabilibus eius laudando ⁊ regratiando.ad Ro.
10.Corde creditur ad iuſticiam:ore autem con/
feſſio fit ad ſalutem ſcilicet neceſſaria vt cum ex
pedit.ps.Confitebor domino nimis.i.valde in
ore meo.Opere confiteri eſt virtuoſe conuerſa/
ri ſecundum deum ne ſit de numero eoꝝ:de qui
bus ait apoſtolus:confitentur ſe noſſe deum:fa/
ctis autem negant:vt enim ait hiero.Quotiens a
vitijs vincimur totiens deum negamus:⁊ quoti
ens aliquid boni facimus totiens deum confite/
mur.11.q.3.eſtimāt.⁊ de hac cōfeſſione dicit xps
Qui me confeſſus fuerit coram hominibus con
fitebor ⁊ ego eum coram patre meo qui eſt in ce
lis:Confitebuntur ergo celi mirabilia tua domi
ne corde ore ⁊ opere.Et enim veritatem tuam
increatam que deus eſt:incarnatam que chriſtus
eſt.Reuelatam in intimis cordis vel in ſcriptu/
ris in eccleſia ſanctorum militanti:de qua tranſit
ad triūphantem.Sed ſciendum ꝙ horum celo/
rum ideſt confeſſorum quadripartitus eſt ordo
ſeu ſtatus ſecūdum varias celoꝝ ꝓprietates.
Primi ſunt alioꝝ paſtores.
Secūdi ſunt ſcripturaꝝ doctores.
Tertij ſunt heremi vel cenobij cultores.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quarti ſunt ſeculi habitatores.
Primi ergo qui collocãtur in numero ⁊ ſtatu cõ
feſſorum ſunt epiſcopi ſub quibus compꝛehen/
duntur alij pꝛelati curati: hi merito dicuntur celi
quia ſicut inferiora corpora gubernantur per ſu
periora celos ⁊ planetas eorum: ⁊ ex influxu ce/
lorum in inferioribus elementis ⁊ elementatis fi
unt generatio ⁊ corruptio ⁊ mutatio ⁊ omnis mo
tus: ſic ex diſpoſitione pꝛelatorum ⁊ ordinatõne
populi mouentur ad bene operandum: ad heb. 5.
Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus pro
hominibus conſtituitur in his que ſunt ad deuz
vt ſcilicet dirigat eos. Et iſti. 5. figurantur per ari
etes qui ſunt duces gregum: vnde ꝓuer. pe. dicit
Tria ſunt que bene gradiuntur: ⁊ quartuz quod
incedit feliciter leo fortiſſimus beſtiarum ad nul
lum pauebit occurſum. Gallus ſuccinctꝰ lumbos
⁊ aries: nec eſt rex qui reſiſtit ei: ⁊ qui ſtultus ap/
paruit poſtq̃ȝ eleuatus eſt in ſublime. Grego. i 30.
mor. hoc exponens dicit ꝙ leo eſt chꝛiſtus: qui
leo, de tribu iuda vicit pꝛincipem mundi diabo/
lum: ⁊ ſic nullum expaueſcit. Gallus ſuccinctus
lumbos ſunt pꝛedicatores ⁊ doctores inter huiꝰ
mundi tenebras mane nunciãtes: qui ſuccinctos
habent lumbos fluida. ſ. luxurie in membris ſu
is reſtringentes: de quibus dicetur. § ſequenti.
Aries eſt pꝛimus inter eccleſiam ordo ſacerdo/
tum ſcilicet epiſcopi qui per exempla ſua gradiẽ
tes populum quaſi ſubſequentes ouium greges
trahunt: quibus ſpiritualibus recte viuentibꝰ nul
lus rex ſufficit omnino reſiſtere: quia ⁊ ſi quilibet
perſecutor obuiet: nõ valet verba ⁊ intentionem
eorum pꝛepedire. Sciant enim ad eum ad queȝ
deſiderant ⁊ anxie currere ⁊ moriendo ꝑuenire.
Sunt ergo aries ſpirituales patres eccl'iarum et
duces gregum. 4. qđ incedit feliciter ſed nõ bene
dicit eſſe antichꝛiſtum feliceȝ in mundi gloria ſȝ
malum ⁊ ſtultum. Hi ergo paſtores ⁊ celi confi/
tebuntur mirabilia dei: ipſi vt abel pꝛimus paſtor
innocẽtes obtulerunt dño ſacrificiũ ꝓcũ ⁊ agnũ
immaculatum: qđ dñs acceptabat inflammans:
ſuper ea: in cuius ſignum dum ſacramenta offer/
ret Martinus pontifex globus ignis apparuit ſu
per caput eius: ipſi tãq̃ȝ abraham ne paſtores ſub
eo alij curati rixam facerent cum alijſ ⁊ iurgia im
miſcerunt: ꝓpt̃ greges diuiſerunt dioceſes ⁊ pa/
rochias vt terminis ſuis quiſq̃ȝ contẽtus in lati/
tudine ſe extenderet charitatis: qđ fecit Dionyſiꝰ
papa. 13. q. i. eccleſias. Confeſſores ⁊ põtifices iſti
cum iſaac ſatis laborauerunt ad fodiendos pute
os: vt amota obſcuritate ſenſus litteralis perue/
nirent ad aquã viuaȝ intelligentie ſpiritualis: vñ
greges ſuos adequarent. ſed allophili heretici vl'
inuidi aliqui obſtruebant illos peruertentes do/
ctrinas eoruȝ: ⁊ aliquando falſa immiſcentes: vt
in aug. Ambꝛ. Imitati quoq̃ȝ ſũt iacob paſtorali
exercitio diu occupatũ: quia nocte ⁊ die eſtu vre
bantur ⁊ gelu ꝓpter diligentem cuſtodiam gre/
gis ſibi cõmiſſi: fugiebatq̃ȝ ſomus ab oculis eoruȝ
timentes ſemper nequid deuoratum a beſtijs in
fernalibus ratio a deo exigeretur ab eis duas vx
ores cum eo: ſed in ſpiritu habere voluerunt mul
to tempore ſeruientes pro eis lyam. ſ. ⁊ rachelem
pꝛius intendentes amplexibus rachelis que erat
venuſto aſpectu. ſ. contemplatiue: ſed pꝛius vten
tes lya lippis oculis: ſed fecunda. ſ. vita actiua q̃
⁊ ſi minus de diuinis intuetur: fructificat tamen i
ſeptem operibus miſericordie corporalis vel ſpi
ritualis. Mos enim eſt iſte huius vite vt pꝛius
in actiua ſe exercens paſſiones moderetur q̃ȝ ad
contemplatiuam veram accedat. Minati ſunt in
ſuper gregem ſuum cum moyſe paſtore ad inte/
riora deſerti paſcua ſuperne patrie a malis angel'
derelicte ad contemplanda celeſtia: ⁊ cum eo vl/
terius vſq̃ȝ ad rubum ardentem peruenerũt dei
loquentis ad eos interius demum cum adoleſcẽ
te paſtore pulchꝛo ⁊ ruffo dauid: cithara oratio/
num ⁊ ſacramentorum demonia ab obſeſſis eie
cerunt ſpiritualiter ⁊ corporaliter: vt infortuna
to epiſcopo tudertino ⁊ zenobio epiſcopo floren
tino captum alias ab ore beſtie vrſi vel leonis ty
rannorum eruerunt: vt patet in Nicolao quo ad
tres barones romanos iniuſte accuſatos: ⁊ morti
condemnatos liberatos de manibus conſtantini
imperatoris ad cõminationem ei factam in ſom
nis: ⁊ pꝛius de alijs tribus innocentibus coram
alijs baronibus in mirrea in pꝛeſentia ipſius ni/
colai ⁊ iuſſu mortem euadentibus. Hi paſtores
euangelici cuſtodientes vigilias noctis ſuper gre
gem ſuum: pꝛima vigilia. ſ. iuuentutis: ſecunda vi
rilitatis: tertia ſenectutis: ſemper parati quando
dominus eorum veniret meruerunt per angeli/
cas viſiones ⁊ reuelationes conſolari: ⁊ demum
ad verbum ipm̃ videndum adduci: vt in figura
patet: luc. 24.
¶ Scđi. i. doctores celi dicunt̃ ſiue ꝓpt̃ lumẽ ſa
pientie: vt dicitur ſapientie. 8. c. ego feci vt in celis
oriretur lumen: quia pꝛopter pluuiaȝ doctrine de
celo deſcendentem. Iacobi. 5. Celum dedit plu/
uiam: ⁊ hi permaxime confitentur mirabilia dei
⁊ veritatem chꝛiſtum vel veritatem ſcripturaruȝ
Unde grego. 30. mor. tractans illud iob. Quis de
dit gallo intelligentiam exponit de doctoribꝰ et
pꝛedicatoribus eccleſie: quibus deus dedit intel
ligentiam ſicut gallo ⁊ non alius. Gallus auteȝ di
citur habere intelligentiam per metaphoraȝ. Eſti
matio enim ſenſitiua quã habet gallus ſecunduȝ
quã operatur pꝛorumpens ad cantuȝ dicitur hic
intelligentia. Cantat enim certis horis determĩa
tis ſecundum inſtinctum nature ac ſi haberet in/
telligentiam ⁊ menſuraret pꝛopoꝛtiones motuũ
celeſtium: vnde ſubdit. Quis enarrabit rationeȝ
celorum ⁊ contẽtũ celi quis dormire faciet? Do/
ctores ergo eccleſie veros aſſimilat gallo ꝓpt̃
tria: quia certis ⁊ determinatis horis cantat ⁊ q̄r
vocem in cantu variat: ⁊ quia cantando ſe pꝛius
alis verberat. Intelligentiam ergo pꝛimum gal
lus accipit: vt pꝛius nocturni t̄pis horas diſcutiat

ꝛ tunc demum vocē exhoꝛtationis emittat. Gal/
lo igitur intelligentiaꝫ tribuitur deſuper: quia do
ctoꝛi veritatis diſcretionis virtus vt nouerit qui
bus quid quando: vel quomodo diuinitus mini
ſtratur. Non enim vna eademq́ꝫ cunctis exhoꝛ/
tatio conuenit: quia nec cunctoꝛum par moꝛum
qualitas aſtringitur. Sepe enim alijs officiunt q̄
alijs proſunt: ꝛ plerecque herbe que aliqua alia
reficiunt alia occidunt. Pꝛo qualitate ergo audiē
tium ſancti doctoꝛes ꝛ pꝛedicatoꝛes foꝛmabant
ſuos ſermones: vt pulchꝛe oſtendit glorioſus do
ctoꝛ hieronymus in epiſtolis ſuis. Circa intelligē
tiam galli que eſt: quia pꝛofundioꝛibus hoꝛis no
ctis valentioꝛes ac pꝛoductioꝛes reddere cantus
ſolet. Cū vero matutinū tempꝰ appꝛopinquat le
nioꝛes ꝛ minutioꝛes omnimodo voces foꝛmat: ſi
cut pꝛedicatoꝛes diſcreti fuerunt. Nam cum ini/
quis adhuc mētibus pꝛedicabant: quaſi tenebꝛis
ꝓfunde noctis altis ꝛ magnis vocibus eterni iu
dicij terroꝛes inſinuabant: cum vero auditoꝛum
coꝛdibus veritatis lucem adeſſe cognoſcebant:
virtutis clamoꝛis ſui magnitudinem in lenitatē
dulcedinis vertebant: non que de penis terribi/
lia: ſed que de pꝛemijs blanda ſunt pꝛoferebant.
Item gallus cū edere cantus parat pꝛius alas ex
cutit: ſeipm̄ feriens vigilantioꝛē reddit: ſic ſancti
pꝛedicatoꝛes cū verba pꝛedicationis mouebant
pꝛius ſe in ſanctis actionibus exercebāt: ne in ſe/
ipſis toꝛpentes ope alios excitarent voce: ꝛ vt au
ctoꝛē ſe dn̄s oſtendat doctrine ſubdit: quis enar
rabit celoꝝ rōem. q. d. nullus niſi ego: quoꝝ tam̄
verba cū per ſpēm ſeſe nobis oſtenderit ſubtra/
hit. Pꝛotinus ſubdit. Et concentū celi quis vide
re fecit? In hac enim vita infirmitati noſtre dn̄s
non aperta maieſtatis ſue ſpecie: ſed pꝛedicatoꝝ
voce locutus eſt: vt coꝛda adhuc carnalia carna
lis lingua pulſaret: ac poſtq̄ꝫ per moꝛtem in pul/
uerem caro reſoluitur: ꝛ per reſurrectionem pul/
uis animatur: tunc audire de deo verba non que
rimus: quia vnum ipm̄ qḋ implet oīa iam ꝑ ſpēm
dei verbū videmus: qḋ nobis tanto altius ſonat
q̄ꝫto ꝛ mentes noſtras intima illuſtratione pene/
trat. Quid celoꝝ rō accipitur: niſi vis ſuperna ſe
cretoꝝ? ꝛ quid per concentū celi: niſi cōcoꝛs pꝛe/
dicantium ſermo ſignatur? Conditoꝛ ergo noſter
cū celoꝝ ratōem narrare ceperit: doꝛmire faciet
concentū celi: qꝛ cū nobis per ſpēm oſ̄ditur ni/
mirū pꝛedicantiū verba ſubtrahuntur: vel certe
celoꝝ ratio eſt ipa viuificatrix: que ſpūs foꝛmat
angeloꝝ. Dn̄s enim ſicut eſt cā cauſarū ꝛ ſicut vi
ta viuentiū: ita ꝛ ratio rationabiliū creaturarum
Tunc enim celoꝝ rōem narrat: cū deterſa mētis
noſtre caligine clara ſe viſione manifeſtat vnde
ipe ait. Uenit hoꝛa: cum nō iam in parabolis lo/
quar vobis: ſed palā de patre annūciabo vobis.
palam de patre annunciare ſe aſſerit: quia per pa
tefactum tūc maieſtatis ſue ſpeciē: ꝛ quō ipe non
impar oꝛiatur: ꝛ quō vtriuſq́ꝫ ſpecies vtriq́ꝫ coe/
ternus ꝓcedat oſtendit apte: tunc videbimꝰ quō
hoc qḋ oꝛtum eſt ei: de quo oꝛitur ſubſequēs nō
eſt: quō is qui ꝓceſſione ꝓducitur: a ꝓferentibus
non pꝛeitur: aperte tunc videbimus quō ꝛ vnum
diuiſibiliter. 3. ſunt ꝛ indiuiſibiliter. 3. vnum. Lin/
gua igitur tunc narrantis dei eſt viſa claritas ſub
leuantis. Et concentus celi tunc doꝛmiet: quia ap
parente in iudicio retributoꝛe operum exhoꝛtati
onū verba ceſſabūt. hec omnia grego. ſed abbꝛe
uiatim. Celi ergo. i. doctoꝛes ꝛ pꝛedicatoꝛes con
fitentur ꝛ confitebuntur mirabilia dei. Et ratōem
hoꝝ celoꝝ quo ad diuina myſteria fidei deꝰ enar
rat in futuro: ꝛ tunc ceſſabit cōcentus celi. i. con/
coꝛs vox pꝛedicatoꝝ. De. 18. ꝓpꝛietatibus celo
rum: que cōgruūt pꝛedicatoꝛibus: vt ſint celi nar
rantes gloꝛiā dei ꝛ cōfitentes mirabilia ſua: hēs
ſupꝛa in ti. de pꝛedicatoꝛibꝰ in pꝛin. ibi multa de
materia ꝛ foꝛma ꝛ qualitate pꝛedicatoꝝ. de aure
ola que reſeruatur talibus: habes ſupꝛa. c. ti. c. de
aureolis.

## Tertium genus confeſ

ſoꝝ: vt patet ex cathalogo ſanctoꝝ ſunt: de quibꝰ
agitur in vitis ꝛ collationibꝰ patꝝ ſancti anacho
rite. hoꝝ pꝛimus dicitur paulus pꝛimus eremita
qui tante perfectionis fuit: vt beatus antoniꝰ ani
mā eius egreſſam de coꝛpoꝛe in choꝛo angeloꝝ
viderit collocari. additi ſunt eius cenobite viuē/
tes in congregatione cōtēplationi etiā dediti: vt
monachi oēs: quoꝝ benedictus dicit̄ pꝛimꝰ pater
in occidentali eccleſia: baſilius in oꝛientali: q̄ꝫuis
ꝛ pꝛius etiam multi ſancti patres pꝛefuerūt ma/
gnis cōgregationibus: vt antonius pachomius
Iſidoꝛus ꝛ alij: ſed nō ita ſub determinatis regu
lis ꝛ cerimonijs: quibus aggregati ſunt canonici
regulares: tanq̄ꝫ contēplatiui. E quibus vnus fu
it hugo de ſancto victoꝛe magnus magiſter ꝛ de
uotiſſimus hō: ſucceſſerūt mendicantes: quoꝛuꝫ
pꝛimi inſtitutoꝛes fuerunt dn̄icꝰ in hiſpania: frā/
ciſcus in italia: replentes totū oꝛbē ſemine cum
alijs oꝛdinibus eremitarū carmelitaꝝ ꝛ ſeruitaꝝ
hi tenent ſtatū mediū inter clericos ſeculares et
monachos: vnde ꝛ de vtroq́ꝫ participant. Nam
a ſtatu monachali accipiūt cōtemplationē in ſtu/
dijs ꝛ officijs: ꝛ modeſtiā in cerimonijs ꝛ abſti/
nentijs: a clero accipiunt actionē. ſ. pꝛedicandi vi
ſitandi infirmos: audiendi confeſſiones ꝛ huiuſ/
modi. Hi oēs ergo confeſſoꝛibus cōparant̄ quia
ſicut exaltantur celi a terra. Iſai. i. ꝛ valde: ita pꝛe
dicti eleuati fuerunt in altiſſimis cōtemplationi
bus a terra ſeparati. i. affectu terrenoꝝ. Confeſſi
ſunt ꝛ confitebunt̄ hi celi mirabilia tua ꝛc̄. De q̄ꝝ
conuerſione ꝛ cōtemplatione dicitur iob. Quis
dimiſit onagrū libeꝝ in ſolitudine ꝛ vincula eius
quis ſoluit: cui dedi in ſolitudine domū ꝛ taber/
nacula eius in terra ſalſuginis: contēnit multitu/
dinem ciuitatis. vocē exactoꝛis non audit: circū
ſpicit montes paſcue ſue: ꝛ virentia queq́ꝫ perqui
rit: que verba exponens grego. in 30. li. moꝛ. dicꝫ
Onager qui in ſolitudine moꝛat̄: non incongrue

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vitam eoꝝ ſignificat: qui remoti a turbis pluribꝰ conuerſant̃: qui onager apte liber dr̃: qꝛ magna ē ſeruitus ſeculariū negocioꝝ: cuius ſeruitutis cōditione carere ē in mūdo nil concupiſcere: vt faciunt perfecti religioſi: de quibus loquimur. Nō tñ ſingulare dei donū eſt: ⁊ iō premittit: qs dimiſit onagrū liberū ⁊c. q. d. nullus niſi ego. loquitur ibi dn̄s ad iob. vnde ⁊ per oſee ꝓphetā ait. Ducā eā in ſolitudinē .ſ. animā ⁊ loquar ad coꝛ eiꝰ. Hi ğ onagri ſolitarij ⁊ ſancti religioſi a deo dimiſſi ſunt liberi a ſeruitute ſeculi: que vtiq̧ premit per ꝓſpera dū appetūt: premit ꝑ aduerſa cū formidantur. Neq̧. n. veri religioſi appetūt ꝓſpera nec timent aduerſa ⁊ a ſeruitute vxoꝝ filioꝝ familie ⁊ dn̄oꝝ tꝑaliū: īmunes ſūt hoꝝ onagroꝝ dn̄s vincula ſoluit: qꝛ diuino adiutorio interna carnaliū deſiderioꝝ retinacula diſrūpuntur: ⁊ affectus amicoꝝ ⁊ parentū ⁊ mūdane conſuetudinis ligamīa diſſoluūtur. Dedit quoq̧ ei dn̄s in ſolitudīe domū: qꝛ ad litterā ſolitarij habitabāt in locis ſilueſtribus: ne inuenirent̃ ab hoībus vel paucis a quibus prepedirent̃ ꝑ ſuis aſſiduis meditationibus vn̄ nō ſolū anachorite: ſed ⁊ cenobite ſancti homines in nemoribus fūdabant monaſteria in locis remotis a ciuitatibus ⁊ caſtris: vt patet de beato benedicto bernardo rōbaldo iohanne gualberti florentino ⁊ alijs. ſed qꝛ non ꝓdeſt ſolitudo corporis ſi ſolitudo defuerit mentis. hi etiam habuerūt domū ſolitudinis mentis: qꝛ ſeꝑati ſūt a tumultu ⁊ ſtrepitu mundanaꝝ cogitationū ⁊ affectionū: tabernacula habuerūt in terra ſalſuginis qꝛ q̄diu in hiꝰ vite tabernaculis vixerunt: ad ſupernā patriā deſiderij ſui quotidiani eſtibus accenduntur. Salſugo enī ſitim ſolet accendere inceſſanter quippe ipi ſancti accendūtur: vt ſitiant ſitiunt vt ſatientur: ſm̄ illud. Sitiuit aīa mea ad deū fontē ⁊c. ⁊ mat. 5. Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſticiā: qm̄ ipi ſaturabunt̃. Cōtēpſerunt multitudinem ciuitatis: non ſolū ſenſus exteriores viſus auditus ⁊ alios coherentes: ſed etiā latā viā: per quē multi incedunt. reliquerūt ꝓpriā voluntatē ſeu ſenſualitatē ſequētes ⁊ artaꝫ viā a paucis ingreſſam eligentes. Cōſiderātes. n. ſolerter a quo ⁊ ad qō creati ſunt: ⁊ recta conſideratōne accepte imaginis ſequi vulgi multitudinē ſunt dedignati non audierūt vocē exactoris: qꝛ diaboli fortiter tētantis ſuggeſtionibus nō cōſenſerunt: fortes tētationes fuerūt magni clamores diaboli petētis aſſenſū: ⁊ viſibiles ⁊ inuiſibiles pugnas ſuſtinuerunt: vt patet in bn̄dicto tentato: cū ſe nudū volutauit in ſpinis. ber. in aqua congelata: franciſcus ī niuibus: vt non audirēt vocē exactoris. vel etiaꝫ exactor dicitur corpus: qꝛ quotidie exigit ſuā neceſſitatē: ſed tūc loquitur plane: cū vult ſibi dari ad voluptatē ſm̄ inſtigationē ſenſualitatis: tunc clamat. Sancti aūt religioſi horruerunt delitias corporis: ⁊ iō nō horruerūt clamorē exactoris: ſed vocē exhibētis tm̄ ad neceſſitatē crucis mortificationē iugiter ī ſuo corpore ꝓ xp̄i noīe portātes ⁊ hoſtiā ſe deo viuā exhibētes: ⁊ inde magis apti reddebant̃ ad diuina cōtēplanda. Et ſubdit ꝙ circūſpicit onager montes paſcue ſue. Montes paſcue ſue ſūt alte cōtēplatōes interne refectōnis vnde in ps. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymaꝝ: qꝛ quos exterius cōtinet in fletu ꝯuallis humilitatis: eos interius ſubleuat aſcēſus cōtēplationis. vel etiā montes paſcue ſūt ſublimes virtutes angeloꝝ: que iccirco hoc adminiſtrādo ⁊ adiuuādo reficiūt: qꝛ illic interne contēplationis rore pingueſcunt: que qꝛ nos in omni certamine ꝓtegūt: ideo circūſpici dicunt̃: vel etiā montes paſcue ſūt alte ſnīe ſcripture ſacre: virentia queq̧ queſierunt iſti onagri. ſpūalia virentia ſunt: qꝛ nulla tēporalitate marceſcūt: ſicut arentia econtra ſunt oīa: que tꝑaliter cōdita venturo fine iocunditate vite p̄ntis quaſi eſtiuo ſole ſiccantur. perquiſierūt ğ ſancti onagri: religioſi queq̧ virētia: qꝛ deſpectis vite p̄ntis trāſitorijs rebus inetnū manſura deſiderarūt: hec ex dictis grego. Finaliter quis enarrare valeat altas ſanctoꝝ religioſoꝝ cōtēplationes reuelationes ſuauiſſimos diuinoꝝ guſtus miras abſtinentias: intenſa deſideria erga deū? Confitent̃ ğ ⁊ cōfitebūtur hi celi mirabilia dei ⁊ deus confeſſus eſt eos corā patre ſuo mirabiliter exaltando: vt benedictū dn̄icū franciſcū ⁊ alios. Hi ergo cōfeſſores eremite monachi regulares canonici ⁊ mendicantes: non tepidi ⁊ inſipidi cupidiꝰ ⁊ elati inherentes comeſſationibus ⁊ delitijs vacantes: quales ſunt moderni cōiter: ſed feruētes ſpiritu: ſapientia diuina lucidi contēptores mūdi humiles in habitu interiori ⁊ exteriori peruigiles: in cibo ⁊ potu auſteri deuotioni ⁊ orationi dediti. Hi confitebunt̃ in celis ⁊ laudabūt mirabilia dei: ſicut cōfeſſi ſūt ore ⁊ opere. vnde ⁊ multi eoꝝ in fine vite viſi ſunt celum conſcendere cū multa gloria: vt patet de bn̄dicto dn̄ico franciſco ⁊ multis alijs.

**Poſt pontifices docto**res ⁊ religioſos ſanctos: qui vt celi confitebūtur mirabilia dei eſt quartū genus confeſſoꝝ: qui deum confeſſi ſunt ſanctis operibus: glorificati in patria ſuperna. hi etiā celi dici p̄nt: qꝛ ſicut mouētur cōtinuo a p̄mo mobili oēs alij celi: ſic ⁊ iſti a deo: qui ē primū mouēs oīa: ſed īmobilis manēſ in ſe moti ſunt ad bona operandū: ꝓpter qō dicitur Iſai. Omnia opera noſtra operatꝰ es ī nobis ⁊ qꝛ oīs motꝰ noſter interpretatur: ꝙ ē nobis datus ad merendū ⁊ bn̄ operandū: iō dicit apl̄s. Dū tp̄s habemꝰ operemur bonū. Ponit aūt ſalomon. 28. tꝑa diuerſaꝝ operationū in quibus hō mouetur de vno ad aliud: eccle. 3. c. Omnia tēpus hn̄t ⁊c. ſ. opera: tēpus ſibi cōgruū ⁊ aptū de vna ad aliam expoſitionē moralē: ꝓ nūc aſſumēdo reduci p̄nt ad quatuor ſtatus hoīm iuſtoꝝ. Sūt aūt iſta tēpora cōbinata per cōtraria ſimul opera narrata in eis: ⁊ ſm̄ doc. ponūtur. 13. cōbinationes quarum prime tres tangunt baptiſmū recipientes. 2ᵉ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tres penitentes.3.ꝓficiētes.4.q̄ttuoꝛ preſidētes
Omnia iſta tpa ſancti cōfeſſoꝛes obſeruauerunt
ꝛ in eis congrua opera fecerūt. Quantū igitur ad
baptiſmū recipientes: tps naſcendi eoꝝ fuit: qn̄ ꝑ
aquā baptiſmi nati ſunt ad eſſe ſpūale xp̄o. Jo.i.
ex deo nati ſunt.ſ.credētes.i.pe.2.c. Quaſi modo
geniti infantes rōales ſine dolo lac cōcupiſcite: ꝛ
tunc etiā in eis fuit tēpus moriendo mūdo ꝛ vi/
te vetuſte infideliū ad col.3. Moꝛtui enī eſtis ꝛ vi
ta veſtra abſcondita ē cū xp̄o. vnde in hi⁹ ſignuꝫ
ponitur qui baptizatur ſub aqua quaſi moꝛtu⁹
ſub terra ſepulture. Congruit etiā eis tēpus plan
tandi ꝛ tēpus euellendi: nam in baptiſmo plantā
tur oēs virtutes in aīa ſm habitū: ꝛ in adultis ita
ꝙ etiā in actū ꝛ meritū exeant cooperante libꝛo
arbitrio. hiere. Plantaui te vineā meā electā oē
ſemen verū.ſ.virtutū. Euelluntur ꝛ tunc tpis vi/
tia oīa nō ſolū oꝛiginale: ſed etiā actualia in adul
tis: quo ad culpā ꝛ penā. ezec. Effundaꝫ ſup vos
aquā mundā ꝛ mūdabimini ab oībus inquina/
mentis veſtris. Conuenit quoqꝫ eis tēpus occidē
di ꝛ tps ſanādi. Nā in baptiſmo occidūtur mot⁹
concupiſcētie: vt.ſ.nō dn̄etur rationi: nō aūt vt n̄
titillent ꝛ contra ſpm pugnēt: vt ſit occaſio exerci
tij ꝛ meriti: vnde ait aplūs. Caro concupiſcit ad/
uerſus ſpm: vt non quecūqꝫ vultis illa faciatis: et
cum hoc tpe occidendi cōcurrit tēpus ſanādi: qꝛ
naturales vires que erāt vulnerate ſananꝫ ꝑ gra/
tiam: hiere.30. A vulnerib⁹ tuis ſanabo te. Om/
nia tamen iſta in baptiſmo ꝛ in iuſtificatōe pecca
toꝛis ſūt ſimul tpe ſed non natura ꝛ oꝛdine intel/
ligendi. Et ſm litterā fiant diuerſis tempoꝛibus
ſed ꝛ poſt baptiſmū etiā vt conſeruetur qs in īno
centia debet ſe exercere in iſtis diuerſis tpib⁹: ali
quādo in vno aliqn̄ ī alio: aliqn̄.ſ.vt magis moꝛ
tificetur vitijs etiā venialibus: aliquādo etiā ad
plantandū virtutes perfectius: ꝛ ſic de alijs. Pe/
nitentes tangunt tres ſequentes cōbinationes. ¶
Prima eſt tēpus lugendi ꝛ tp̄s ridendi. Nam in
contritōe penitens habet lugere de peccatis com
miſſis: ſm illud p̄s. Lauabo per ſingulas noctes
ideſt peccata lectū meū.ſ. conſciētie ꝛ lachꝛymis
meis ſtratū meū rigabo.i.permanentiā in pecca/
to: ꝛ ex hoc ſequitur tp̄s ridendi.i.gaudij: qd̄ con
cipiꝫ ex ſpe venie: ex quo dolet: ſm illud p̄s. Se/
cundū multitudinē doloꝝ meoꝝ in coꝛde meo:
cōſolationes tue letificauerūt aīam meā: vnde et
auguſtinus de penitēte ſemꝑ doleat: ꝛ de doloꝛe
ſemꝑ gaudeat: de pe.di.3.ſi apl's. ¶ 2ª combinatō
eſt tp̄s plangendi ꝛ tp̄s ſaltandi: quod pertinꝫ ad
confeſſionē. Planctus.n.fit nō ſolū lachꝛymis ſꝫ
voce.ſ.cū clamaꝫ dolendo: nō ſolū ḡ verus peni/
tens debet lugere ꝑ cōtritōem: ſed ꝛ plangere vo
cē emittendo in cōfeſſione: ac etiā ſaltare de vno
ad aliud ꝓcedendo ſubleuando ſe a terra.i.cum
ꝓpoſito peccata ip̄a dimittendi. ꝓuerb. Qui con
fitetur ſcelera ſua ꝛ reliquerit ea: inueniet gratiaꝫ
¶ 3ª cōbinatio pertinet ad ſatiſfactōem cū dicīꝫ
tempus ſpargendi lapides ꝛ tp̄s colligendi: lapi/
des valde duri ad ſcindendū ſūt dure diſpoſitio
nes.ſ.ad retinendū alienū: nō vindicando iniuri/
as ꝛ odia tenenda ad non ieiunādū vel reſtituē/
dū famā: iſtos lapides opoꝛꝫ ſpargere a ſe dimit
tendo: ne ſit mēbꝝ diaboli: de quo dicīꝫ iob. Coꝛ
eius indurabiꝫ quaſi lapis: ſed alij lapides.ſ.bo/
ni colligēdi ſūt: de quibus apl's ad ephe. Uos co
edificamini tanq̄ꝫ lapides viui in habitaculū dei
ideſt exēpla ſanctoꝝ foꝛtiū viroꝝ: que mente col
ligenda ſunt: vt inducant ad ſatiſfaciendū ꝑ bo/
na opera. Quo ad ꝓfitentes ponit tres alias com
binationes. Et pꝛima ē tēpus amplexādi ꝛ tēpus
longe fieri ab āplexibus. Amplexus iſte ſpūaliꝫ ē
actus oꝛationis cōtemplatōis meditationis ꝛ hi⁹
in quo debet ſe exercere quilibet aliqn̄: per queꝫ
quis coniungiꝫ cū deo intellectu ꝛ affectu. cant.i.
Dextera illius amplexabitur me. Aliquādo vero
abſtinere dꝫ ab hi⁹: qn̄.ſ.opoꝛtet intendere actōi
ꝓ ſalute ſui vel alioꝝ.i.thimo.4. Exerce teipſuꝫ
ad pietatis opera.ſ.miſericoꝛdie. Qui aūt in ſtatu
cōiugij: aliqn̄ debet actui cōiugalis amplexus in
tendere cā pꝛolis generande: vel reddendi debi/
tum cōiugij vel foꝛnicationis euitande in ſe: vel
cōiuge: aliqn̄ debet ab hi⁹ abſtinere cā honeſta/
tis ſanitatis: vel magis vt vacetur diuinis aptius
i.coꝛ.7. Nolite fraudare inuicem.ſ.vir ꝛ vxoꝛ
abſtinendo a coniugio niſi ad tēpus: vt vacetis
oꝛationi. Et rurſum reuertimini in idipm: ne ten/
tet vos ſathanas. ¶ 2ª eſt tp̄s acquirendi ꝛ tēpuſ
perdendi. Tēpus acquirendi ſapiētiā ꝛ noticiam
de diuinis pꝛecipue ſemper ē paratū. nulla enim
etas ſera eſt ad addiſcendū: inquit ſeneca: in cui⁹
figurā dauid ſenex cū haberet etatꝭ plurimos an
nos duxit abiſach adoleſcētulā: q̄ foueret ꝛ cale
faceret eū ꝛ doꝛmiret ſecū atqꝫ miniſtraret. 3.re.
i. hec ſm hiero. ſignificat ſapientiā que etiā in ſe/
nectute eſt querēda: q̄ calefacit mentē eius: vt cō
tinue deſeruiat ei ꝛ cum ea quieſcat: ꝛ etiā tēpus
perdendi.i.amittēdi ſapientiā carnis q̄ inimica ē
deo ꝛ ſciētiā aīalem diabolicā ꝛ terrenā. Nec.n.
aliter poſſet acquirere dei ſapientiā vel virtutib⁹
pꝛoficere. vel etiā tp̄s eſt acquirendi vite neceſſa
ria ꝓ ſe ꝛ ſuis: ſicut paulus faciebat ꝓpꝛijs mani/
bus laboꝛādo: vl' etiā elemoſynas ꝓ alijs ꝓcurā
do. Et tēpus ꝑdendi.i.erogandi paupibus qd̄ vi
detur perditū ſic datū ſm extimatōem inſipienti
um. Ad quē intellectū dicitur eccle.xi. Perde pe
cuniam ꝓpter fratrē. ¶ 3ª cōbinatio ē tp̄s cuſto/
diendi ꝛ tēpus abijciendi. Tp̄s eſt cuſtodiēdi tē
poꝛalia qn̄ quis habet ꝓuidere alijs vel in fertili
tate ſicut fecit ioſeph in hoꝛreis reponēdi. Et tē
pus abijciendi: qn̄ vult mūdū deſerere vt ſit ꝑfe
ctus: ſit perfectus pauperib⁹ dando. Semꝑ ē aūt
tp̄s cuſtodiendi ſenſus ſuos ꝛ cogitationes ne va
gentur: ꝛ tp̄s abijciendi ſuperflua ꝛ vacua.

## Quantum ad pꝛoficiē/

tes ſiue familijs ſiue laicis vel alijs ſunt.4. cōbi/
natōes. ¶ Et pꝛima ē tp̄s ſcindendi ꝛ tp̄s cōſuēdi

201

Debent.n.rectores ꝛ quilibet indebita pacta ꝛ ꝓ
miſſa reſcindere ꝛ frangere:ſm illud. In malis ꝓ
miſſis reſcinde fidē:vel iniuſta ordinamenta vel
cõſuetudines tollere:ꝛ cõſuere ſimul componere
diſcordantes:ꝛ iuſta ſtatuta formare.apl's. Cum
oībus hoībus pacē hñtes. ¶ 2ª ē tp̄s tacēdi ꝛ tē-
pus loquendi. Veritas.n.ait gratian⁹ prius tacē-
do diſcitur:ꝛ poſtea loquēdo docetur. Debet ḡ in
admonēdo vel ſententiãdo tacitus conſiderari
cã:ꝛ quid debet debeat admonere: ꝛ in ſequēti
tp̄e iudicare ꝛ docere:in oratõe taceat q̄ ad mun
dana:in executione officij loquat̃ mandando pro
hibēdo corrigendo ꝛ hi⁹. ¶ 3ª cõbinatio ē tēpus
odij ꝛ tp̄s dilectionis. Cũ.n.quis bonus ē diligē-
dus eſt:ſed malus odiēdus:vt exēpli gratia baſi
lius malus nõ ſm naturã que bona ē:ſed ſm viti
um.vñ ꝛ p̄s. Iniquos odio habui:ꝛ pfecto odio
oderã illos.i.ſm vitiũ.vnde aug⁹.ſic diligēdi ſũt
hoīes:vt eoꝝ nõ diligãtur errores. ¶ 4ª ē tēpus
belli ꝛ tēpus pacis:quãdo ſubiecti ſũt mali:tunc ē
belli tp̄s.ſ.reprehendēdi eos ꝛ puniēdi: qñ vero
ſunt boni vel ad pñiam reuertunt̃ mali:tũc eſt tē
pus pacis ꝛ recõciliãdi ſunt:ꝛ cõcluſiue q̄ ad om̄e
tp̄s belli ē vita pñs:quia militia ē vita hominis
ſuper terrã.iob.7.c. ¶ 5ª ſed tēpus pacis pfecte
erit in patria. Iſai.31. Sedebit populus me⁹ ī pul
chritudine pacis in requie opulēta ꝛ pacis ñ erit
finis. Et tũc perfecte cõfitebunt̃ celi mirabilia tua
ꝛ veritatē tuã in eccl'ia ſanctoꝝ. Ecce ait apl's nũc
tp̄s acceptabile.2.cor.6. Ecce nũc dies ſalutis: et
iõ cõfeſſioni ꝑ bona opa inſiſtendũ:qꝛ veīt nox
ſcꝫ ſeculi ſequētis:qñ nemo operari põt.ſ.merito
rie. Io.9.

¶ Titul⁹.33.de pena purgatorij ꝛ pmaxime õ pe
na ſenſus:quõ.ſ.ignis affligat aīas.c.i.

Q Uia hi qui ſunt
in purgatorio adhuc nõ ſunt in
eccleſia triũphanti:ſed militant
ſub penis:quib⁹ purgant̃ venia
lia:que ſecũ portauerũt egrediē
tes aīe de corporibus ac ſoluũtur reatus morta
liũ.i.debita penaꝝ tpaliũ:quib⁹ obligati erãt ꝓ-
pter tpalia ppetrata:quibus hic non ſatis fecerũt
ad ſufficientiã:ꝛ ſi ꝑ pñiam recuperauerũt gratiã
ꝛ euaſerũt debitũ pene infernalis ppetue:iõ ad ec
cleſiã pertinent militãtē ꝛ eius ſuffragijs adiuuã-
tur:vnde poſt penas vite pñtis tpales ꝛ ſpũales
de quibus actũ eſt breuiter: aliqua tangãtur de
penis ꝛ ſtatu purgandoꝝ. Et põt induci illud p̄s.
22.qd decantatur in miſſa defunctoꝝ. Virga tua
ꝛ baculus tuus ipa me cõſolata ſunt:vt ſit locutõ
illaꝝ aīaꝝ ad deũ. Et vt grego. diſ.43.ſit rector.
Virga ꝑcutimur baculo ſuſtētamur. Virga igitur
dei põt dici pena purgatorij:q̄ purificate aīe ille
tandē cõſolant̃ intrantes gaudia vite eterne. Ba
culus dei ſunt ſuffragia eccleſie:qbus ſubleuant̃
a penis:vt citius cõſolent̃ ab eis liberate:vel ba-
culus dei eſt crux:in qua deus hũanatus fuit ſu-
ſtentatus. Nã ꝛ indulgentie:que aliquãdo exten
duntur ad defunctos ꝛ ſuffragia eccleſie:habent
precipue valorē ex cruce.i.paſſione xp̄i. Et ipa eu
chariſtia miſſe:in qua repñtatur ipa paſſio ē ma
ximum ſuffragiũ ꝓ defunctis q ſunt in purgato-
rio:ꝛ ſic ex huiuſmodi baculo ſuſtentant̃ ꝛ cõſo
lantur tandem:vnde danieli in lacũ leonum poſi
to deus miſit prandium bonum ꝑ abachuch in fi
gurã:quod ſignificat ſuffragium euchariſtie:vn
de fuit confortatus.

## Quod autē ſit purga

toriũ patet per auctoritatē apl'i.1.cor.3. dicentis:
Si quis edificauerit ſuper hoc fundamentũ.ſ.fi-
dei xp̄iane vite lignũ fenũ ſtipulã: quia eſt in eis
gradus grauitatis non aũt mortalia: quibus aīe
igne infernali perpetuo cruciantur ꝑ ea notantur
vt quidã aſſerebãt:qd aug⁹.reprobat in libro de
igne purgatorij. Et habetur di.25. §.alias .patet
per grego.dicentē de quibuſdã leuibus peccatis
ante diem iudicij purgationis credendus ē ignis
Et per aug⁹.qui de eo qui dolet vere ꝛ penitet d
peccatis mortalibus:ſed nõ ſatiſfacit ſufficienter
in preſenti penis debitis ꝓ eis ſic ait. Prius pur
gandus eſt igne purgatõis:qui in aliud ſeculum
diſtulit fructum conuerſionis:de peni.di.7.c.fi.
Probatur etiã hoc ex eccleſie determinatione:q̄
preualet omni auctoritati doctoꝝ. Nam ipa ſuf-
fragia facit cõtinue ꝓ defunctis:non pro his qui
ſunt in inferno:qꝛ ibi nulla eſt redēptio vel dimi
nutio pene vel refrigeratio:nec ꝓ his qui ſunt in
gloria:qꝛ non egent:ergo ꝓ his qui ſunt in purga
torio:hoc negare eſſet hereticum. Locus aũt hu
ius purgatorij ſecũdũ legē cõmunem a doctori-
bus in quarto eſt contiguus inferno damnatorũ
quia infernus quaſi infra terrã in centro terre vl'
circa. Secundũ autē priuatã legem aliquibus vi
detur eſſe aſſignatũ purgatorium extra talem lo
cum in terra:vt patet in quarto dialogorum per
plura exempla.

## Duplex autē ē genus

pene in purgatorio principaliter .ſ.pena damni:
que ē priuatio diuine viſionis. Secunda dicit̃
pena ignis in quo aīe ille detinent̃. Et cũ hac du
plici pena cruciantur etiã qui ſunt in inferno. Eſt
tamen iſta differentia:qꝛ damnati in inferno per
petuo torquentur vtraqꝫ pena abſqꝫ ſpe ſue libe-
rationis:ſcientes ſe perpetuo ſine aliquo refrige-
rio cruciandos:nunc in aīa:poſt reſurrectõem vl
timã in aīa ꝛ corpore:vnde ꝛ deũ blaſphemant
vt dicitur apo. eos punientē ipm odio haben-
tes ꝛ impatientiſſime ꝛ inuiti patientes:ſed ī pur
gatorio etiaꝫ vtraqꝫ pena crucientur damni ꝛ ſē-
ſus:hoc tamen ad tp̄s ꝛ diuturnius ꝛ citius ꝛ gra
uius ꝛ leuius ſecundũ debita eoꝝ:ꝛ ſciunt ſe inde
liberandos:ꝛ ſi tēpus liberationis ignorent:niſi